tores. Archidiaconi. Centuriones. Decani. Decuriones.
Presbyteri Curati. aduocatos. ¶ Persone quoque ordinũ
ab illis originẽ habuerũt. nam presbyteri vices gerunt ede
lium: dyaconi quaternionum: subdyacõi duũ virorum: excrop
tisse questores imitantur. ostiarii aule ianitores. lectores. car
minũ relatores: acoliti carminũ scriptores. Sãc episcopa
lis ordo sm isidorum. 21. di. cleros. quadripartitus est videli
cet i patriarchis: archiepis: metropolitanis atque epis. Apo
stolica autem fides sicut ait Anacletus papa. 22. di. sacro.
caput ⁊ cardo est aliarum: quemadmodum sicut ostium cardine regitur. sic
illius auctoritate oẽs ecclesie reguntur: ⁊ inde dicti sunt car
dinales: per quod tota ecclesia sicut ostiũ per cardinẽ guber
natur. Illius autem prelatus papa idest pater patrum vo
catur ⁊ vniuersalis: quia vniuerse ecclesie principatur: ⁊ apli
cus. quia principis aplorum vice fungitur: ⁊ summus põtifex. quia
caput est oium pontificũ a quo illi tamquam a capite mẽbra descẽ
dunt. ⁊ de cuius plenitudine oẽs accipiũt. quos ipse vocat
in partem sollicitudinis non in plenitudinem potestatis.
extra de vsu pal. ad honorẽ. Hic est melchisedech cuius sa
cerdotium nõ est ceteris cõparatũ. Patriarcha vero gre
ca lingua summus patrum interpretatur quia primũ. i. aplicum teni
net locũ. 21 di. cleros. ⁊ ideo quia summo honore fungitur tali no
mine censetur: sicut romanus constãtinopolitanus: antiochenus
alexãdrinus: hierosolomitanus. Dicitur etiam patriarcha quasi
pater arche. i. ecclesie. vel prius patrum princeps. Archos. n. gre
ce princeps interpretatur latine. Hic est Moyses qui aarõ in
pontificem oleo sacrauit. Archiepiscopus a greco vocabu

lo dr eo q sit summus seu princeps epõrum. Tenet. n. vicẽ apo
stolicã: ⁊ presidet tam metropolitanis quam ceteris epis. Me
tropolitani seu metropolite a mensura ciuitatũ vocantur.
Singulis. n. prouinciis preeminẽt quorum auctoritati ⁊ do
ctrine ceteri sacerdotes subiecti sunt. sine quibus nihil religios
epis agere licet. Sollicitudo. n. totius prouincie ei cõmissa
est. Unde pelagius papa ait. 5. q. 3. scitote. Scitote certũ esse
prouinciam que habet decẽ aut vndecim ciuitates ⁊ vnum
regem: ⁊ totidẽ minores potestates sub se: ⁊ vnum metro
politanũ aliosque suffraganeos decẽ vel vndecim iudices epi
scopos. Ad quorum iudiciũ omnes cause episcoporum ⁊ reliquo
rum sacerdotũ ac ciuitatũ referantur. Omnes aũt superi
us designati ordines epõrum ⁊ superiorum vno eodẽque vocabu
lo epi nominantur. Sed priuato noie quidã vtuntur propter distin
ctionẽ potẽtie quã singulariter acceperũt. Episcopatus voca
bulũ vnde dictũ sit subtus. de episcopo dicetur. Porro sm Ana
cletum papã. 99. di. prouincie. Primates ⁊ patriarche di
uersorum noium sed eiusdẽ forme atque officii sunt. Et iõ quidam
primates vsurpãt sibi nomẽ patriarche. vt aquilegieñ. ⁊
gradeñ. Primatia aũt dicta est a primitiis conuersionis ad
fidẽ. ¶ In concilio quoque affricano eadẽ di. prima statutũ ẽ ne
prime sedis episcopus princeps sacerdotũ aut summus sacer
dos aut aliquid huiusmoi: sed tñ prime sedis episcopus appel
letur. Pelagius etiam papa statuit eadem di. nullus. vt nullus
patriarcharum vniuersalitatis vocabulo vnquam vtatur: nec
aliquis in suis epistolis vniuersalẽ nominet illũ. quia si vnus
patriarcha vniuersalis dicitur patriarcharum nomen cete
ris derogatur ⁊ subtrahitur. Ad hoc summorum pontificũ pre
sulum atque reliquorum sacerdotũ institutio in veteri testamẽ
to sumpsit exordiũ: ⁊ in nouo est plenius consumata. 16. dist.
§. i. Sũmi nanque atque minores sacerdotes a deo per moysen
instituti sunt vt perpetuus esset cultus tabernaculi per succes
sores eorum a filiis israel. exo. 27. Dauid aũt ministeria domus
dei amplians ianitores instituit ⁊ cantores. Salomõ exor
cistas inuenit sicut sub titulo de sacerdote dicetur. Hec om
nia ecclesia in nouo testõ imitata est vt iam dictũ est. Habet
n. ianitores quos hostiarios appellamus: pro cantoribus pro
lectores simul ⁊ cãtores instituit. exorcistas etiam noie ⁊ officio an
tiquo manente recepit pro filiis aaron. Qui infra summũ põ
tificẽ sacerdotiũ administrãtes consecrati sunt: inter quos q
dam discretio est exorta vt alii appellentur simpliciter sacerdo
tes: alii archipresbyteri: alii epi: alii archiepi seu metropolitani
alii primates: alii patriarche: alii summi põtifices vt premissum est.
que discretio maxime a gẽtibus introducta est qui suos flamines
alios simpliciter flamines: alios archiflamines: alios protoflami
nes. i. primates appellabãt. hi in capite pileũ hebãt in quo
erat breuis virga que a carnibus sacrificiorum aues arcebãt. Pile
um autem ipsum desuper aliquid lane habebat que cum per
estum ferre non possent filum tantum in capite ferre cepe
runt. vnde a filo quo vtebantur flamines dicti sunt quasi
filamines. Uerum festiuis diebus filo deposito pro sacerdo
tii eminentia pileum imponebant. Maiorum quoque ⁊ mi
norum sacerdotũ discretio in nouo testamento ab ipso chri
sto sumpsit exordium qui apostolos pro maioribus: discipu
los pro minoribus sacerdotibus instituit. Petrum vero in
summum sacerdotem elegit. Apostoli etiam eandem formã
secuti in singulis ciuitatibus episcopos ⁊ presbiteros ordi
nauerũt prout sub titulo de sacerdote dicetur. Leuitas ve
ro ab apostolis legimus ordinatos. Unde Cyprianus ait.
93. di. dominus. Meminisse debent dyaconi quoniam epi
scopos ⁊ prepositos dominus elegit. Dyaconos autem post
ascensionem domini in celum apostoli sibi constituerunt:
subdyaconos ⁊ acolitos tẽpore procedente ecclesia sibi con
stituit. Et sicut canon Clementis pape testatur. 81. distin.
in quibus. Beatus Petrus episcopos primates vel patri
archas in illis ciuitatibus poni precepit in quibus olim apud
ethnicos siue gentiles erant flamines eorum atque prime le

gis doctores: in quibus pro olim apud eos erant eorum archiflamines: quos minores reputabant quam dictos primates eorum archiepiscopos institui precepit: et in singulis reliquis ciuitatibus singulos epos. Anacletus quoque papa eadem di. epi instituit presbyteros per castella et villas poni et ordinari. Ceterum in Leuitico legitur voce superna ad Moysen dictum esse. Loquere ad aaron: homo de semine tuo per familias qui habuerit maculam non offerat panes deo suo: nec accedat ad ministerium eius: si cecus fuerit: si claudus si paruo: vel grandi: vel torto naso: si fracto pede: si manchus: si gibbus: si lippus: si albuginem habens in oculo: si iugem scabiem: si impetiginem in corpore si ponderosus: si languidus: quia indignum est dare deo quod dedignatur homo. 71. di. hinc et eni. et c. se. in quo instruimur quales a clericatu sint repellendi. Dicuntur autem clerici a cleros grece quod est sors seu hereditas latine: quasi sint de sorte domini vel quasi dominus eorum sors sit. Iuxta illud prophete. Dominus pars hereditatis mee et c. xij. q. j. clericus. et c. quia extra de pbe. cum secundum. Ex quo patet quod nihil extra deum habere debent: sed solum decimas primitias et oblationes: que sunt hereditates domini: accipiant: siue quasi sint sorte electi. In veteri namque testamento: et apud gentiles et clerici et sacerdotes sorte et libris eligebantur: et in nouo testamento Mathias sorte electus est. Primus autem clericus factus est petrus. Iginius papa decimus a beato petro composuit clerum: et distribuit gradus. ¶ Circa coronam clericorum tria attendenda sunt. s. capitis: abrasio: capillorum: detruncatio: et forme circulatio. Ad capitis abrasionem tria sequuntur. s. mundicie: conseruatio: deformatio: et denudatio: mundicie conseruatio: quia ex capillis sordes in capite aggregantur. Deformatio: quia capilli ad ornatum sunt: significat ergo tonsura mundam et non formabilem vitam. i. quod clerici debent habere mundiciam mentis interius: et non formabilem vitam. i. non exquisitum habitum exterius secundum Dionysium in ecclesiastica hierarchia. Rasura quoque et tonsura capillorum est depositio omnium temporalium. Clerici enim victu et vestitu contenti omnia communia habere debent. xij. q. j. clericus. et c. dilectissimis. Unde contra apostolos. Comam non nutriant: sed caput desuper in modum spere radant. 23. di. prohibite. Denudatio autem ipsa superioris partis capitis nullum debere esse medium inter nos et deum demonstrat vt reuelata facie gloriam domini libere contemplemur. ¶ Rursus radimus caput relictis inferius in modum corone capillis: quia caput mentem signat: capilli pro seculares cogitationes. Sicut ergo caput mundatur superius a capillis: ita mens nostra dum superiora. i. celestia cogitat a secularibus cogitationibus mundari debet: sed pars inferior capillos habet: quia non est prohibitum aliquando de secularibus cogitare sine quibus vita presens duci non potest. j. q. j. si quis obitocerit. Circa detruncationem capillorum notandum est: quia illa significat quod clerici omnes superfluas cogitationes debent a mente abscindere. ¶ Abtonso igitur capite et patentibus auribus incedere debent: ne capilli crescendo aures operiant: et oculos impediant. 23. di. non liceat: quoniam prouidendum est ne seculares cogitationes aures: et mentis oculos impediendo nos ad secularia trahant. Unde capillos super aures tondeamus: vt quinque capitis sensus expeditos ad dei seruitium habeamus. ¶ Bene igitur ad Ezechielem di. 44. c. Sacerdotes caput suum non radant: neque comam nutriant: sed tondentes attondeant capita sua. Siquidem vt ait Gre. in pastorali. libro. ij. c. 18. Capilli in capite exteriores sunt cogitationes in mente: qui dum super cerebrum insensibiliter oriuntur curas vite presentis exprimunt: que quia ex negligenti sensu importune aliquando procedunt: quasi non nobis sentientibus procedunt. Quia ergo sacerdotes qui sunt sacri fidelium duces sollicitudines exteriores habere: nec tamen eis vehementer incumbere debent: recte caput radere: et comam prohibentur nutrire: vt cogitationes cordis de vita subditorum: nec a se funditus amputent: nec rursus ad crescendum nimis relaxent. Et bene subditur. Tondentes attondeant capita sua: vt videlicet cure temporalis sollicitudines: et quantum necesse est prouideant: et tamen rescindantur citius ne immoderatius excrescant. Dum ergo per administrationem exteriorem prouidentia corporum vita protegitur: et rursum per moderatam cordis intentionem non impeditur: capilli in capite sacerdotis reseruantur: vt cutem cooperiant: et resecantur ne oculos claudant. ¶ Circa forme circulationem seu coronam: sciendum est quod fit propter multa. Primo in signum quod xps rex noster seipsum in ara crucis oblaturus spineam coronam portauit. Unde et nos qui per eandem passionem saluari desideramus: dominice passionis signum. i. formam spinee corone: quam ipse vt spinas peccatorum nostrorum auferret in passione portauit in capite in verticibus nostris portamus: vt sicut ille pro nobis sic et nos pro illo irrisiones et opprobria paratos esse libenter sufferre monstremus.

¶ Secundo circulus capillorum: virtutem equalitatis vndique rationi consentientem designat: tunc enim temporales res bene cogitantur si conueniant rationi. ¶ Tertio circularis figura fit: quia hec figura non habet principium: neque finem: per quod datur intelligi quod clerici sunt ministri dei qui non habuit principium neque habebit finem. ¶ Quarto hec figura nullum habet angulum: per quod significatur quod clerici non debent habere sordes in vita: quoniam vbi angulus. ibi sordes: vt dicit Bernardus. Et quod debent habere veritatem in doctrina: quoniam veritas angulos non amat. vt dicit Hierony. ¶ Quinto quia hec figura omnium figurarum est pulcherrima. Unde in hac deus celestes creaturas fecit: per quod significatur quod clerici debent habere pulchritudinem interius in mente: et exterius in conuersatione. ¶ Sexto quia hec figura est omnium simplicissima. Nam secundum Aug. nulla figura ex vna linea tantum consistit nisi sola circularis: que vnica linea clauditur. per quod significatur quod clerici debent habere simplicitatem columbinam. Iuxta illud. Et simplices sicut columbe. vj. q. j. ex merito. ¶ Septimo corona clericos esse specialiter regnum dei demonstrat. Ipsi namque secundum Hiero. xij. q. j. duo sunt: sunt reges et sacerdotes. i. regales sacerdotes: et sunt reges. i. se et alios in virtutibus regentes: et ita in deo regnum habent. ¶ Sane rasura capitis clericorum fit: sicut ait Beda in historiis anglorum in memoriam eius: quia cum beatus petrus in antiochia predicaret: abraserunt summitatem capitis eius in contumeliam nominis xpiani: et dominice passionis: quod quidem hodie toti clero in honorem traditur. Fuerunt tamen qui dicerent quod tonsure ecclesiastice vsus a nazareis qui omnia veteris legis custodiunt exortus est. 24. q. iij. ver. nazarei. Hi enim prius crine seruato denuo post magne vite continentiam caput radebant: et capillos in ignem sacrificij mittebant: vt perfectionem deuotionis suo domino consecrarent: quorum exemplo ab apostolis introductum est: vt et nazarei ac sancti dei crine pretonso innouentur: quamuis olim christiani a iudeis quasi in opprobrium nazarei vocarentur pro eo quod saluator noster a vico quodam galilee nazarenus appellatus est. Potest etiam dici quod vsus tonsure a lege occasionem traxit. Sacerdos namque legis tyaram. i. pilleum ex bysso in modum medie sphere in capite: rex pro corona gestabat. pars vero capitis rasa tyaram: circulus crinium designat coronam ad notandum quod instituit eos deus genus electum in regalem sacerdotem. ¶ Rursus lex coronam quattuor digitorum super mensam et desuper aureolam fieri iubebat. Ceterum ad Ezechielem dominus dicit. Sume gladium acutum: et educ per caput tuum et barbam: longitudo namque capillorum multitudinem significat peccatorum. Hinc igitur clerici barbas sibi radere informantur. Rasio namque pilorum barbe qui ex superfluis stomachi prouenire dicuntur humoribus designat quod vitia et peccata: que in nobis superflua sunt: resecare debemus. Radimus enim barbas vt per innocentiam et humilitatem puri videamur: et angelis qui semper in iuuenili etate florent coequemur. ¶ In ieiunijs tamen quandoque capillos crescere permittimus: quia cogitationes que contra deum non sunt: vt est ecclesiam edificare: agrum colere: et similia

que tempore abstinentie fieri solent: ꝓhiberi non debent.
Cōciliū carthagiñ. statuitq; de vi. ⁊ ho. cle. clerici. xxxiij.
di. siqd: vt clerici neq; comā nutriant: neq; barbā. ¶ Ordi-
nant aūt clerici vt deo fuiāt: nec de cetero fuiāt mūdo: nec
glie mūdi. Debent ḡ offerre corpa sua hostiaꝫ viuentē san-
ctam deo placentē. Uñ apl's ad Romanos. Cōfundantur
oēs qui gloriant in sculitia. i. in gloria mūdi que nō ē ꝟa
gloria: ꝫ imago glorie. Quare aūt ordinandis manus im
ponat: dicet in tractatu de dyacono. ¶ Ordinant in quat
tuor tpibus: itō q: sacerdotes: ⁊ aliȷ clerici locum in ecclesia
obtinēt: quem leuite in pp'lo israel obtinuerūt: quos sicut
in libro numeroꝝ legit: dñs pro ꝓmogenitis recepit ⁊ eos
in egypto dum primogenita egyptioꝝ interficerent custo
diuit: primogenita ꝟo quasi quedā primitie sunt. Uñ q̄si
primitias dño offerimus: cū aliquos ad sacros ordines cō
secramus. Cōueniēs igit est vt in primitiis tēpoꝝ. s. i quat
tuor tpibus primitias dominū offeramus. Rursus ideo in
quattuor tpib⁹ vt quattuor virtutib⁹ exornent: ⁊ sub quat
tuor euangeliis seruire xp̄o ⁊ ecclesie moneant. In vere vt
virtutib⁹ floreāt. In estate vt fruct⁹ afferāt. In autūno vt
fruct⁹ bonoꝝ opeꝝ metant. In hyeme vt collectos cōseruēt
in horreo: ⁊ eis fruant in dño. Et vide in sexta pte sub sab-
bato post dñicā. xvij. Jō aūt potius in sabbatis quattuor
tēpoꝝ q̄ in quartis vel sextis feriis fiūt ordinatōes: q: illa
dies spiritui scō ꝯsecrata est: cuius dona in ordinib⁹ recipi
unt: preceptū. n. est priori pp'lo sabbatū celebrare ad hoc vt
esset figura sanctificationis spūs sancti. Unde exo. xvj. c.
Requies sabbati sanctificata est dño. Et iteꝝ. Custodite sab-
batū meū: sanctū est enim vobis: erit signū inter me ⁊ vos
in gñationib⁹ vr̄is. Exo. xi. ⁊ 35. c. Preterea nunq̄ legim⁹
in Gen̄. sanctificationē fieri p oēs priores dies: ꝫ de sabba
to solū dictū est: sanctificauit deus diē sabbati. Fiūt etiaꝫ
in sabbato in signū q ordinandi debent hīc sabbatū tēpo-
ris: ⁊ tandē trāsire ad sabbatū eternitatis. Ordinatio aūt
que fit in sabbato sequētis diei est: figurat enī sacerdotes
ordinatos esse ministros diuersoꝝ dñicoꝝ sacroꝝ. Jdeoq;
fit hora nona: q: iā illud tps ad dñicum diē. s. resurrectōis
intelligit ptinere. 75. dist. q: ptibus extra de tēpo. or. lr̄as.
Ordinādi. n. ad xp̄i similitudinē sabbato resurrexisse intel-
ligunt. Cōgrue igit in hac die. s. dñica celebrant ministe-
ria sacerdotaliū bñdictionuꝫ in qua sunt collata crismata
grāꝝ: in ea enīꝫ dñs resurrexit: in ea apl'is insufflauit di-
cens. Accipite spm̄ sanctū quoꝝ re. pec. re. eis. In hac pro-
missus spūs sanctus aduenit. Recte ḡ ad eaꝫ bñdictiones
sacerdotales dirigimus: vt cū aplis hilariter cantare pos
simus. Ueni sancte spūs reple tuoꝝ corda fideliū. s. ordina
toꝝ. Fiunt ēt ordinationes in sabbato mediane hebdoma
de quadragesime qua cantat sitiētes. 85. di. c. si. 73. c. p̄nci
pali. xvj. q. j. in parochijs: ⁊ ēt in sabbato scō: verūtñ vsq;
ad tēpora Simplicii pape romani pontifices dicunt semp
in decēbri ordines celebrasse vt dicet in sexta pte sub sabba
to post. xvij. dñicā. Unde ⁊ tūc officia plena inueniunt: qḋ
in aliis nō ꝯtingit. In sabbato ꝟo ante pētho. ordines sa
cri nō ꝯferunt: q: in sequēti: tunc septimana recepta spūs
sancti grā celebrant. Solus aūt romanus pontifex potest
subdyaconos facere in dieb⁹ dñicis: extra de tē. or. c. j. Aliȷ
prelati pñt in dieb⁹ dñicis solū minores ꝯferre ⁊ virgines
ꝯsecrare. Si autē vrgēte necessitate in die dñica ordinatio
fiat: q: forte pfici nō potuit in sabbato: dꝫ hoc fieri ieiunio
ꝯtinuato tam ab or dinādo q̄ ab ordinatore: q: tūc pp cōti
nuationem ieiunij fingit vna dies: extra de tē. or. lr̄is. 75.
di. q patrib⁹. ⁊ c. se. ¶ Ceteꝝ in qbusdaꝫ locis hñtes festa
suaꝝ ecclesiaꝝ in sabbatis quattuor tēpoꝝ trāsferre dicun
tur ieiuniū in precedentē septimanaꝫ ob honorē suaꝝ festi
uitatū: ꝫ dicimus nec hoc eis licere: nec tūc posse ordines ce
lebrari. Melius igit esset festiuitates ipsas trāsferri: de ꝗ
dicetur in sexta parte sub quarta feria tertie hebdomade

aduētus. Qua die ⁊ hora fiat epoꝝ ꝯsecratio sub ti. de epo
dicet. ¶ Illud ēt ꝯsiderādū est q sacerdotes ⁊ dyaconi tm̄
nominant ab ap'lo in epistolaꝝ eo q ipsi precipue in ministe
rio altaris necessarij sunt. Ceteri ꝟo ordines postea adiecti
sunt pro vtilitate ministerij: q: ꝓpter multitudinē creden-
tium rite per illos nō poterat adimpleri. Unde ⁊ ḟm Am-
bro. illoꝝ ordinatio precipue circa altaria celebrat: ⁊ ꝓ eis
eps ante altare ꝓsternit. Aliȷ vero nequaq̄ ad altare ordi
nant: eo q nec ad altaris ministeria statuunt: sed alia offi
cia implēt: siue cantando: siue legendo: siue alia seruitia fa
ciendo: oēs tñ querūt faciē prelati. i. ꝑsētiā dñi vt valeāt in
primogenitis hereditate ad instar Jacob qui sibi fratris
primogenita vendicauit. Et attende q in qbusdaꝫ ecclesiis
imediate post collationē cuiuslibet ordinis cantat respōso-
rium vel tractus: ꝓut apparet in libro pontificali per nos
edito: ⁊ bene ad denotandū q ordinati in lectiōe iam lecta
instructi ad sollicitudinē ⁊ laborem: que per rñsoriū: ⁊ tra-
ctum significatur vocant. Quia ꝟo de virginū ꝯsecratio-
ne mentio facta est. Uidendū est primo qbus diebus bene
dicantur. Scdo qd significent que in eaꝝ benedictiōe agū
tur. Benedicunt aūt in dñicis dieb⁹: ⁊ in diebus epipha-
niarum: ⁊ in albis paschalibus: ⁊ in festis apl'oꝝ: vt spūs
sanctus sup eas simplices vt columbas descendere videat
⁊ vt per ap'los qui morem virginitatis ecclesie primo tradi
derūt quasi per paranymphos sponse dño ꝯsecrent. ¶ Se
quitur videre quid significent que in earum benedictione
agunt: ⁊ licꝫ omnis anima deo desponsetur per fidem: vnde
Osee. ij. Sponsabo te mihi in fide: virgines tamen specia
lius xp̄o desponsari dicuntur: q: eaꝝ caro carni christi fa-
miliarius se ꝯformat: ꝓ eo q illa sicut nec caro christi cor-
ruptionem nō sensit. Et inde est q virgines sequunt agnū
quocūq; ierit. Apocalipsis. xiiij. Stant virgines benedicen
de sub papilione vel aliquo alio loco stant incluse que archi-
presbytero vel alio ante euangeliū alta voce cantante. Pru-
dentes virgines ⁊c. cum cereis ardentibus in manib⁹ nu-
dis capitibus exeunt obuiaꝫ epo ⁊ ecclesiam ingrediūtur:
Siquidem cereos accensos ferunt in manibus. Juxta il-
lud Luce. xij. Sint lumbi vestri prec. ⁊ lucer. ar. in manibus
vestris: vt ostendant se imitari prudentes virgines que or
nauerunt lampades suas: ⁊ exierūt obuiam sponso: spon-
sus nāq; earum est christus: quem pontifex eius vicarius
repñtat. Lucernas qdem ardētes in manib⁹ tenere: est p bo
na opa exemplū ꝓximis monstrare. Juxta illud Luc. 25.
Luceat lux vr̄a corā hoib⁹ vt videāt opa vr̄a bona ⁊c. Egres
sus ꝟo eaꝝ de papilione: ⁊ ingressus in ecclesiā designat q
p suscipiendā benedictionē: ⁊ a xp̄o desponsationē: de ergā
stulo: ⁊ erūnis ac tenebris pñtis vite fallacijs ad celestis re
gni libertatē gaudiū ac claritatē: ⁊ ad supni regis thala-
mum trāsducunt. Uñ in cāticis. Ueni electa mea: ⁊ ponā
in te thronū meū. Nudis capitibus obuiam veniūt: ⁊ pon
tifex cantando dicit illis: venite: ⁊ ipse silr cantando respō
dent: ⁊ nunc sequit ad representandū qḋ in canticis legit.
Surge amica mea sponsa mea ostende mihi faciem tuam:
⁊ sonet vox tua in auribus meis. Rursus denudatio capi-
tum depositionē ⁊ abrenunciationē mundanoꝝ ꝯgrue de-
signat. Nudato etiam capite ecclesiam ingrediunt: ad no
tandum q velut formose: ⁊ sponso placide in ipsius spons
tabernaculū introducunt. Juxta illud in cāticis. Nigra
sum ꝫ formosa: ⁊ introduxit me rex in tabernaculū suum.
Ter aūt dr̄ eis: venite: ad notandū q ad hoc tripl'r debēt ve-
nire. s. p abdicationē ꝓprietatis: ⁊ p votū castitatis: ⁊ per
ꝓfessionē obediētie. Debēt qdē venire. ꝓ p abdicationē ꝓprie
tat de ꝯuersatiōe mūdana: de suitute egyptiaca: d carcere
de laqueis: ⁊ de tenb⁹: vñ ps. Cadēt i retiaculo ei⁹ petōres
Et sap. xiiij. Creature dei facte sunt i tētationē aie hoium: ⁊
in muscipulā pedib⁹ insipiētiū. Secūdo debent venire p vo-
tuꝫ castitatis de delectatiōe carnali: ⁊ de imūdicia: ⁊ de la-

co topicato de quo siqd aia sumit: ⁊ p penitentiā non reuertit morit morte eterna. Tertio p sponsionē obedientie de ppria voluntate: sicut de corruptioe ⁊ clibano accēso: ⁊ de babylonica fornace: ⁊ ideo cū pueris qui erāt in fornace illa dicūt Et nūc sequimur in toto corde: ⁊ timemus te: ⁊ querimus faciem tuā. Daniel. iij. para ante Psal. Benedi. de quolibet aūt istoꝝ exeundū est firmo cordis ꝓposito solēniori voto: ⁊ totius vite pseuerātia. Et he sunt quasi tres diete. Exo. iij. Viā triū dieꝝ ibimus in solitudine. Quas tres dietas pretermisse tres vacationes triplr facte designāt. Quia vero post susceptū taꝫ laudabile ꝓpositū restant insidie ⁊ temptatiōes demonū: atqꝫ acerrima cōtra mūduꝫ: carnē ⁊ demōca certamina: ⁊ insup regularis obseruātie difficultas: que muliebris infirmitas sufficiēter per se sustinere nō posset: ideo diuinū auxiliū: ⁊ sanctoꝝ suffragia p letaniā que subijcit implorant. Cōsequēter deponūt vestes veteres: ⁊ induunt nouas benedictas: ad notandum q in hoc ꝓposito vetus hō exuit: ⁊ nouus induit̄ q sicut legit̄ Ephe. iiij. Creatus ē in iustitia ⁊ sanctitate veritatis: ⁊ debent esse vestes munde ⁊ candide ad significandū: q qr deo filio desponsant: debent de cetero se mūdas ⁊ sanctas absqꝫ macula preseruare vel pseruare. Iuxta illud apli. Despondi eni vos vni viro virginem castam exhibere xpo: hoc eni candor seu mūdicia vestis ostēdit. Vñ ecclesiastes. ix. c. Omni tpe vestimenta tua sint candida: ⁊ hoc est sumptū a beata Cecilia que exterius veste fulgebat: intus castitate nitebat: ⁊ ab angelis qui in xpi resurrectioe visi sunt in vestib' albis: vel si sit niger habitus significat carnis mortificationē: qr eni xps sponsus suus mortuus ē pro ipsis: debēt ⁊ ipsi cōmori pro illo. Vñ Gal. v. Qui xpi sunt carnē suam crucifixerunt cū vitijs ⁊ ↄcupiscētijs. Et Roꝫ. vj. Si cōplantati facti sumus similitudini mortis xpi: simul ⁊ resurrectionis erimus. Rursus nigredo habitus est ↄtēptus virilis amplexus. ¶ Subsequenter indute vestibus benedictis versus epm veniūt quasi ad ipꝫ actu dicant. Regnū mundi ⁊ oēm ornatū seculi ↄtempsimus pp amorē dñi nr̄i Iesu xpi ⁊c. Vela quoqꝫ sup scapulas ⁊ pectora depēdentia ex institutione Sotheris pape cū signo crucis eaꝝ capitib' imponunt. Primo ad significandū q p xpo debēt mundū humilr corde: ⁊ ope ↄtēnere ⁊ sensus velare: ac memoria passiōis xpi munire: ne ad mūdana lasciuiēdo excant: vel illa ad illaꝝ sensus intrent. Iuxta illud Gal. v. mihi mundus crucifixus est: ⁊ ego mūdo. ¶ Scdo velant: qr nō sunt imago dei. xxxiij. q. v. mulierē ¶ Tertio vt ostēdant subiecte. ¶ Quarto ne illicite cūctis viris appareāt. ¶ Quinto ne spēs eaꝝ occasio īspectorib' sit peccādi. qr ps̄: ait. Dñe delectasti me in factura tua: ⁊ creature dei facte sunt in temptatione vt pmittitur ē. Veluꝫ g est signū pudoris: ⁊ futuri honoris. ¶ Deinde qr xpo despōsant qui est alpha ⁊ o. i. pncipiū ⁊ finis: iō dat eis annulus q est rotūdus pncipio ⁊ fine carēs. Et ponit̄ i quarto digito ex quo vena quedā sanguis ad cor ptendit: vt sciat se sponsum suū xpm toto corde debere diligere: ⁊ ei insepabilr adherere. ¶ Postremo vero corone capitib' eaꝝ iponunt. Iuxta illud i cāticis. Veni spōsa xpi ⁊ accipe coronā ⁊c. ad notandū q qn̄ virgo p ↄsecratione sūmo regi despōsat̄ regina efficit̄. i. se ⁊ alios in virtutib' regens. Vñ puer. j. Vt addatur grā capiti tuo ⁊ torques collo tuo. In qua coronatione pōtifex cātat illud canticū letitie. Veni electa mea ⁊c. tanq̄ celestis spōsi paranymphus: ⁊ hinc ē q illaꝝ amici ⁊ ↄsanguinei in hac ↄsecratiōe letant̄. Leo papa pmus instituit in ↄcilio calcedon. qd ipse celebrauit: solas virgines debere velari. ¶ Quia vero in premissis de velo mētio facta est. Idō notandū est q velū aliud est ↄuersiōis: aliud ↄsecrationis: aliud pfessiōis: aliud ordinatiōis ⁊ aliud plātiōis. Velū ↄuersiōis aliquā de seculari vita ad religionē transiens assumit. ⁊ tūc si p annū inter velatas steterit vlterius exire nō poterit: ex de regul. vidua. ⁊ c. statuim'. Velū cōsecrationis a solis epis solis virginib': ⁊ solū in festiuis ⁊ dñicis dieb' dat̄. Vrgēte tñ necessitate: sicut ⁊ baptism' omi die dari posset. xx. q. i. deuotis: nō dat̄ et nisi in. xxv. anno illud recipiētis: nisi forte dispēsatiue. 77. di. placuit. Velū aūt pfessiōis suscipit̄ a virgine qū ↄtinentiā pfitet̄: non tñ ante. xij. annuꝫ. c. q. j. ⁊. q. ij. puella: qñ nec añ illud tpe bñdicit̄. ex de regu. cū vir. Dat̄ velū hmōi cū bñdictione solēni: ⁊ cuꝫ letania: ex co. ex pte. Hoc velū nullus epus dat viduis vel corruptis. vt in. c. deuotis in fine: s ipm met de altari vt dicūt qdā assumūt. 28. q. j. viduas: ex de regul. virum. Sane virgo ⁊ nō vidua iō ab epo velat̄: qr virgo in hac despōsatiōe typū gerit ecclesie: que pura ⁊ virgo vni nupsit viro. i. xpo. Et in signū huius rei velat̄ ab epō: qr a xpo recipit̄ in ↄiugiū. In cuius psona dictuꝫ est: annullo suo subarrauit me dñs. Sꝫ vidua nō gerit in tali sacro typuꝫ ecclesie: sicut virgo: cū nō sit integra mēte ⁊ corpe sicut illa. Vñ nō sic ↄiūgit̄ xpo vt repñtet ecclesie ↄiunctionē: quare nō velat̄. Preterea sacerdos ꝓhibet̄ scdis nuptijs interesse ⁊ sup scdo nubētes bñdictionē infundere. ex de secun. nup. c. j. put dictū est in prima pte sub ti. de sacris: s hec vidua. quasi scdo nubit: pmo hoi: postea in pfessione xpo: idqꝫ ei quasi celebrāti secūdas nuptias nō porrigit̄ velū ↄsecrationis: nec etiā pfessionis: s ipsa illud suscipit de altari. Aliqū tñ qdam q lꝫ nō ab epo: pōt tñ a sacerdote velo pfessionis vel ↄuersionis velari: extra de regul. vidua. xx. q. j. deuotā extra qd met' causa. c. j. a quo seu a cuius ministro habitū seu vestē religiosam assumit. xx. q. j. vidua. ex q cle. vel vo. ↄsuluit. In libro tñ pontificali sm ordinē romanū habet̄ bñdictio vidue ↄtinentiā pfitentis ⁊ veli eius. Nā ⁊ dñs sareptanā viduaꝫ p heliā pphetā ↄsolatus est. Et vidim' in vrbe epm hostien. inter virgines bñdicere duas viduas montales. Velū ordinationis olim dyaconisse in quadragesimo anno dabat̄ vt posset legere euangeliū in nocturnis xxj. q. j. sanctimoniales. xxvij. q. j. dyaconissam: in cōcilio laudicen. 32. di. c. fi. statutū est vt mulieres que apud grecos presbyteri appellant̄: apud nos vero vidue aut seniores vniuire aut matricurie appellant̄ in ecclesia tanq̄ ordinatas ↄstitui nō debere. Velum prelationis olim abbatissis in quadragesimo anno dabatur. xx. q. ij. iuuēculas. xxxij. q. j. quō. ¶ Illud aūt sciendū est q sacrosancta mater ecclesia gradus ⁊ ordines habet distinctos. Et romanus pontifex celebrater missarum solēnia agens sex habens secuꝫ ordines clericoruꝫ. s. epos: presbyteros: dyaconos: subdyaconos: acolitos: ⁊ cantores ipso numeri sacro perfectionē huiusmodi officij manifestans. Senarius nāqꝫ numerus pfectus est: vt in pꝓhemio tertie partis dicet̄. Sꝫ ⁊ sex ordines ministroꝝ fuisse in veteri legimus. t. videlꝫ ponti fices: sacerdotes: leuitas: nathineos: ianitores: ⁊ psallentes: quos ex maiori parte distinxit. Artaxerses in epistola quā esdre scribe direxit dicēs. Notū facimus de sacerdotib' vniuersis ⁊ leuitis cantorib' ⁊ ianitorib' ⁊ nathineis ⁊ ministris domus dei huius vt vectigal tributū: ⁊ annona nullatenus imponant̄. Ordines vero ecclesiasticos Siluester papa enūerat. 23. di. a subdyacono. ij. q. vij. clericus: dicens pontifici pbr̄ pibytero dyacon': dyacono subdyacon': subdyacono acolit': acolito exorcista: exorciste lector: ⁊ lectori ostiarius: ostiario abbas: abbati monachus: in omni loco obsequium representent. Beatus quoqꝫ Isidorus. xxj. di. cleros: ait dicit: gñaliter clerici nūcupant̄ oēs qui in ecclesia xpo deseruiūt: quoꝝ gradus: ⁊ nomina sūt hec: ostiarius: psalmista lector: exorcista ⁊c. mentionē enim faciēs post alia de cantore. Et hi oēs gaudent priuilegio clericali. Verūtamen quidam perfidi heretici sacrm ordinis cōdemnātes falso mētiunt̄ q ecclesia xpi nō habebat personas quas exorcistas ceroferarios: lectores: vel dyaconos appellaret: sed solum exorcistas demonum qui aduersabantur Paulo: nec ea que xps fecit: vel apls dixit: pro taꝫ vilibus significationibus

bus que infra sequunt fecit z dixit: sz altiora z preciosiora que romana nescit ecclesia demonstrauit. ¶ Hoꝝ autē ordi/num quidam sunt nō sacri. z quidam sacri. Nō sacri seu mino res ordines sunt hi: cantoratus: psalmistatus: ostiariatus: lectoratus. exorcistatus: acolitatus. Sacri vero seu maiores sunt isti: subdyaconatus: dyaconatus: presbyteratus: episcopalis ordo. ¶ Cōiter autē asserit septē ordines fore: quoꝝ ostiariatus est primus z sacerdos vltimus propter septiformē spūs sancti graz cuius munere sua officia psequunt. ¶ Si autē velis ad singulos ordines singula dona referre a timore incipiēs illum ostiario deputabis: z deinde singula singulis referēs sapiētiam pbytero adaptabis. Hec sunt septē mulieres in quibus spūs scūs hz hospitiū: z vnaquaqz illaꝝ suū parat puiuiū. ¶ Rursus spūaliter ostiarius est quicūqz spūaliter alios in ecclesiā introducit. i. q fidē predicādo docet: lector est qlibet mores docēdo: exorcista orādo: acolitus illuminādo: subdyaconus humilitatē mōstrando: dyaconus alios exhortādo: sacerdos seipsuz hostiā sanctā deo offerēdo: eps sacra ministrando: de quolibet tñ seriatim specialiter psequamur.

¶ De cantore. Rubrica.

Nonnulli cecitate ignorantie ducti cantoratū de minoribus esse autumāt ordinibus: z pro eo qz etiam pmissuz est in quibusdā canonibus inter minores ordines fit mētio de cātore: fallunt tñ: qm nomē est officij z nō ordo: qui autē in veteri testō cantores dicti sunt: hodie lectores vel psalmiste vocant. ¶ Cātor itaqz vocat qui vocē modulat in cantu. xxj. di. cleros: cuius duo sunt in arte musice genera: precētor. s. z succētor: precentor vocē pmittit in cantu: succētor canēdo subsequenter rñdet. Cōcentor vero dr q psonat: vnde qui nō psonat nō pcinit nec pcentor erit. Sane dauid pphetaꝝ eximius cultū dei volens solemnius ampliare cātores instituit: qui corā archa federis dñi musicis instrumentis z modulatis vocibus decātarent: inter quos pcipui fuerūt hemā: asaph: z ethan: sz omniū pmus heman cuius vicē nūc in ecclesia pmicerius obtinet: vel pcētor qui cantoribus est platus: vnde legit in paralipomenō. Isti sūt quos cōstituit dauid sup cātores domus dñi: stantes iuxta ordinē suū in ministerio: de filijs caath: hemā cātor filius iohel: z a dextris suis asaph filius barachie: ad sinistram autē ethan filius cusi. ¶ Porro debēt cantores cantare cōsonis vocibus z suaui modulatiōe pcinere quatenus animos audientiū ad deuotionē dei valeant excitare. Uerū sm Greg. xcj. di. in sancta. Plerūqz in sacro ministerio dū blanda vox querit pgrua vita negligit: z cantor deū moribus stimulat: cum vocibus populū delectat. Et Aug. lib. pfes. Cum me magis mouet cantus qz res que canit penaliter peccasse pfiteor: z tunc me audisse cantantez: ideoqz in ecclesia Romana altaris ministri cātare nō debent: solūqz euangelice lectionis officium intra missaꝝ solēnia exsoluāt. Et apls ait. Cantantes z psallentes in cordibus vestris domino. Et Hiero. xcij. di. c. j. Nō audiāt inquit adolescētuli, audiāt hi qbus est officiū in ecclesia psallendi: deo nō voce tantū: sed corde esse cantandū: nec in tragediaꝝ modū guttur: z fauces medicamine liniende sunt: vt in ecclesia theatrales moduli z cantica audiant. Cantantes igit in corde z in charitate cantent in choro: qm magis deuotiōe cordis qz iubilatione vocis cantandū est. xxxviij. di. eduliorū nō tenentes in manibus cymbala vel aliqd huiusmodi. put in veteri testamēto fiebat. ¶ Ceteꝝ pp carnales non propter spūales cantandi vsus in ecclesia institutus est: vt qui verbis nō cōpungunt suauitate modulaminis moueant: Unde Aug. in lib. pfes. Cōsuetudine canēdi pbat ecclesia vt p oblectamenta auriū ifirmior animus ad effectū pietatis assurgat. Antiq pridie quo cātandū erat cibis aliqs abstinebant propter causam vocis: prcipue qz leguminibus psallētibus aptis. Unde z cantores vulgo fabarij dicti sunt. ¶ Cantores autē q sunt dei laudatores repñtāt predicatores: alios ad dei laudē excitantes: coꝝ nāqz simphonia plebem admonet in vnitate cultus vnius dei pseuerare. Per cantoris quoqz officiū patersamilias intelligit: qui de thesauro suo noua z vetera profert. Nec est pretereundū qz cantores tenēt baculos in choro: ad repñtandū illud: qd in lege precipiebat: vt vtactiter edentes agnū: baculos in manibus haberēt: significantes qz q ad patriā festināt esu celestis agni z baculis. i. scripturarū sentētijs indigent ptra demones: per baculos eni cantoꝝ sentētias scripturaꝝ vel doctrinas predicatoꝝ intelligimus. Unde cum legit euangeliū deponunt: qz p euangelicam predicationem legales deposuimus obseruātias. De choro dictū est in prima pte sub tractatu de ecclesia: de cantu vero in fi. pteme quinte partis dicetur.

¶ De psalmista. Rubrica.

Psalmistatus qñqz tōsuratus vocat sicut cōstitutio. ino. iij. ex. de re. iudi. cū inter. euidēter ostēdit: qñqz et clericatus. Unde in alia eiusdē ino. epla: extra de eta. z qua. cū pringat: dr qz abbas bñdictus sacerdos pōt in suo monasterio clericalē dare tonsuraz per quam ordo clericalis pfert: qui ordo sic collatus psalmistatus vocat. In canone quoqz leonis pape. xxxiij. di. seruatis z sic inter cetera pținet: seriatim z apte psequamur qz sancta romana ecclesia in gradibus clericoꝝ ait clericos ostiarios lectores zc. at noie clericoꝝ psalmistas ibi intelligi indubitatum est. Uocat et qñqz cātoratus. Unde in tholetano cōcilio. xxij. dis. si psalmista: ita legit psalmista. i. cantor pōt absqz pscientia epi sola iussione pbyteri officiū suscipe cantandi dicente sibi pbytero: vide qd ore cantas corde credas z quod corde credis operibus cōprobes. Sane qz i plerisqz sacris canonibus. z pcipue. 93. di. a dyacono. 77. dis. c. i. q. z. iij. facta de alijs ordinibus mētione: nihil de hoc ordine tāgit: ex eo pringit: qm alij oēs cū solēnitate z a solis epis dātur: iste vero etiā a sacerdote pferri pōt. Ideoqz hunc nō ordinem: sed officiū fore plurimi asseuerāt: quāqz in eo ab episcopo collato quis clericale priuilegiū assequat. xxj. di. cleros in prin. Dictus est autē psalmista a psalmis dicendis siue ab officio canendi: put sub lectore dicetur. Ad ipm nāqz ptinet sm Isidoꝝ. xxv. di. pfectis: officiū canēdi dicere benedictiones. i. bñdicamus dño: laudes. i. alleluia: vel xps vincit: vel xps regnat zc. sacrificiū. i. offertoriū: rñsoria. i. officiū misse: z quicqd ad canendi peritiam spectat.

¶ De ostiario. Rubrica.

Ostiarii sm Isidoꝝ. xxj. dis. cleros. dicti sunt eo qz ostijs tēpli presint. Ipsi enim z claues ecclesie tenētes oia intus extra quoqz custodiūt: atqz inter bonos z malos habentes iudiciū fideles recipiūt: infideles respuūt z excōicatos repellūt. ¶ Ostiarij idē sunt qz ianitores qui in ve. te. ad custodiam tēpli electi sunt: ne ingrederet in illud immundum in omni re. i. aliqd in omnibus rebus. Stabāt enim put legitur in paralipomenō in quattuor tēpli ptibus: videlicet in oriente: in occidente: aquilone: z austro. Portas templi singulas ita obseruātes: vt nec in pūcto discēderēt a ministerio. Leuite enim quibus numerus ianitoꝝ creditus erat ei cibos parabāt. Hi autē imitant edituos q apud gentiles erāt: z idē custodiebāt. Sane iuxta decretū tholetani pcilij. xxiij. di. ostiarius. Ostiarius cū ordinat postqz ab archidiacono istructus fuerit qualr in domo dei debeat puersari ad suggestionē archidyaconi tradat ei episcopus claues ecclesie de altario dicēs. Sic age sic viue quasi redditurus deo rationē pro his rebus que his clauibus recluduntur. Clauiū ergo traditio: z verba pmissa sunt huius sacramēti substātialia: cetera sunt solēnitatis. Hoc officiū ipiemus dum p fidē in ecclesiā aliquem itroducimus vel docemus. Christus hoc officiū impleuit quando dixit. Attolite

potens p̃ncipes vr̃as ⁊ eleuamini porte eternales ⁊c̃. Et q̃n ementes ⁊ vendentes de templo eiecit. xvj. q. vij. sed hec diximus: quod in ecclesia spiritualiter agit. Unde in euangelio dicit. Ego sum ostium.

¶ De lectore. Rubrica.

Lector ſm Isidoꝝ. xxj. di. cleros a legēdo: psalmista a psalmis canēdis vocati sunt. Lectores eni p̄dicat. i. legit hic recitat pp̄lis qd sequat: psalmista p̄o canit vt excitet ad cōpunctionē aīos audientiū: lʒ qdā lectores ita miserabilr p̄nūcient. s. alte: ⁊ p̄ vocē sonorā vt quosdam ad luctum lamētationēq; cōpellant. Lectores ēt p̄nūciatores vocant p̄o eo qd porro hoc a lōge p̄nūciant: tāta eni ⁊ tā clara vʒ esse eoꝝ vox: vt q̄uis lōge positoꝝ aures impleat. Ad lectores quoq; ꝑtinet lectiōes ⁊ legēdas in matutinis p̄nūciare: ⁊ ea que p̄phete vaticinati sunt: ⁊ ap̄li dixerūt pp̄lis predicare. i. legere. Ad hoc enim ordinant vt libros dei distincte ⁊ apte ad intelligendū legant sicut in ve. testa. accepimus esdram fecisse: neemie. viij. Ad eius quoq; ꝑtinet officiū panē ⁊ oēs nouos fruct⁹ bn̄dicere. Lectores aūt idem sunt q̄ carminū relatores q erāt apud gētiles. Martinus papa. xxij. di. lectores: statuit vt nulli liceat in pp̄lo psallere aut legere nisi qui ab ep̄o fuerint ordinati lectores. Sane iuxta decretū tolletani ꝯcilij. xxiij. di. lector. lector cū ordinat faciat de illo verbū ep̄s ad plebē indicās eius fidē atq; ingeniū: post hoc spectante plebe tradat ei codicē in quo lecturus est dicēs. Accipe ⁊ esto relator v̄bi dei habiturus si fidelr ⁊ vtilr impleueris officiū partē cū eis qui verbū dei ministrauerint. Codicis ergo traditio ⁊ verba p̄missa sunt de substātia huius ordinis: cetera sunt solēnitates. ¶ Hoc officium implemus dum male viuentes in ecclesia corrigimus: ⁊ aliquē bonis morib⁹ instruimus. ¶ Xp̄s hoc officiū impleuit quando in medio senioꝝ libꝝ Isaie p̄phete aperiens legit distincte ad intelligendum dicens. Sp̄us domini sup me eo q̄ vnxit me ⁊c̃. extra de sa. vnc. c. vno.

¶ De exorcista. Rubrica.

Exorcista ſm Isidoꝝ. xxj. dist. cleros grece: latine adiurās siue increpans vocat. Inuocat eni sup cathecuminos seu sup eos qui hn̄t spm̄ imundū nomē dn̄i iesu adiurans per illud vt egrediat ab eis: de quo in. vj. parte sub sabbato scō dicet. Decet igit vt mūdum habeat spiritū qui debet imūdis spiritibus imperare. Ad eum itaq; pertinet exorcismos memoriter retinere: manus sup energuminos ⁊ cathecuminos exorcizando imponere. xxv. di. perlectis. Et ſm cōciliū carth. de cōse. di. v. energuminis ipsis energuminis in domo dei assistētibus victum quotidianum oportuno tp̄e ministrare. ¶ Refert Iosephus regem salomonē modos exorcismi. i. cōiurationes adinuenisse: quibus imundi sp̄us ab hoīe obsesso per Eleazar exorcistam pellebant ita vt reuerti vlterius nō auderent. Huic officio mancipati exorciste vocati sunt: de quibus in euangelio legit. Si ego in beelzebub eiicio demonia: filij vestri exorciste: videlicet in quo eiiciūt: ⁊ immittant questores q erant apud gentiles. ¶ Sane iuxta decretū tholetani ꝯcilij. xxiij. di. exorciste. Exorcista cū ordinat accipiat de manu ep̄i libꝝ in quo scripti sunt exorcismi siue adiurationes dicente sibi ep̄o. Accipe ⁊ cōmenda memorie ⁊ habeto potestatē imponendi manus sup energuminum siue baptizatum siue cathecuminū. Libri ergo acceptio ⁊ verba p̄missa sunt de substantia huius ordinis: cetera sunt solemnitatis. Energumini sunt qui a demonibus obsessi sunt vel lunatici siue morbum caducū patientes: sic dicti ab erge qd est labor ⁊ mene qd est defectus ⁊ noys qd est mens: q. s. defectū mētis in defectu lune maxime patiunt. Cathecumini dn̄r in fidei articulis an̄ baptismū istructi. Hoc officiū iplem⁹ dū p̄ nr̄as ōrones viciū dyaboli de hoīe expellimus. Xp̄s h officiū exercuit qñ de maria magdalena septē demōia eiecit.

¶ De accolito. Rubrica.

Accoliti grece: latine ceroferarij vel accensores luminū nūcupant. Hi ab aaron ⁊ filijs ei⁹ ministerij sui sumpserunt exēpliū. Iuxta illud Exo. Precipe filijs aaron vt offerāt oleū de arborib⁹ oliuaꝝ purissimū ⁊ piloq; ꝯtusum: vt ardeat lucerna semꝑ in tabnaculo testimonij: ⁊ collocabūt eā aaron ⁊ filij eius vt vsq; mane luceat corā dn̄o. Quod ergo tūc sacerdotes agebāt hoc nūc accoliti faciūt in ministerio lucernaꝝ: qm̄ p̄parāt luminaria in sacrario. Multa quippe nō solū in nouo: verū ēt in veteri testō legimo sayce sup addita legim⁹ ⁊ mutata: ex̄ de ꝯsan. ⁊ affi. non dʒ. Uñ dauid in lib. paralipomenō dixisse phibet: nō erit officiū leuitaꝝ vt portēt vltra tabnaculū: ⁊ oia vasa ei⁹ ad ministrandū. Accoliti aūt ſm Isidoꝝ. 8i. di. cleros. ⁊ ʒ. di. accolitus: cereos ferūt accēsos: dū legit euangeliū aut offert sacrificiū; nō vt tenebras aeris: ſ cordis illuminēt ⁊ cuʒ sol forte eodē tp̄e rutilet: ⁊ vt p̄ximis opa lucis ostēdant atq; ad signū leticie demōstrandū: vt sub typo luminis corporalis illa lux ostendat: de qua in euāgelio legit. Erat lux vera que illuminat oēʒ hoīeʒ venientē in hūc mūduʒ. Ipsi ēt p̄parant pro eucharistia suggesta. i. vinū ⁊ aquaʒ seu vasa in qbus ponit aqua ⁊ vinū. ʒ5. di. perlectis. ¶ Accoliti imitantur carminū scriptores qui erāt apud gētiles seu veri⁹ emūctores siue luminū extinctores: q lucernas emūgebāt ⁊ luminaria ꝯcinabant: vt nadab ⁊ abiu. Sane iuxta decretum ꝯcilij tholetani. ʒi. di. accolit⁹. Accolit⁹ cū ordinat ab ep̄o qdem docetur qualr in officio suo agere dʒ: ſ ab archidyacono accipiat ceroferarium. i. candelabꝝ cum cereo: vt sciat se ad accendenda ecclēie luminaria. i. cereos dum euāgeliuʒ legit mancipari: accipiat ⁊ vrceolū vacuū ad suggerendū idest administrandū vinū in eucharistiā. i. in calicē i quo est eucharistia sanguinis xp̄i. Premissa igit v̄ba ⁊ vtensilia sunt huiusmodi ordinis substātialia: cetera sunt de solēnitate. ¶ Hoc officiū implemus: dum ignem verbi celestis quo fratres ad cognoscēdū deū illuminent ⁊ inflāmentur p̄dicādo ministramus: ⁊ dū lucē boni opis alijs ministramus. Dn̄s aūt hoc officiū se hr̄e testat cū dicit. Ego suʒ lux mūdi: q sequit me nō ambulat i tenebris: ſ hēbit lumē vite.

¶ De subdyacono. Rubrica.

Premisimus de non sacris ⁊ minorib⁹ ordinibus. Nūc de sacris ⁊ maioribus qui antonomasice sacri dicunt subijciamus. Et p̄mo de subdyacono. Ordo enim subdyaconat⁹ sacer hodie ſʒ Innocētiū tertiū reputat: ex̄ de eta. ⁊ quali. ordi. a multis: Si qdeʒ subdyaconi nathineoꝝ vices in ecclesia repn̄tant. De qbus in esdra legit q̄ dauid dederat nathineos ad ministeria leuitaꝝ. Unde grece hypodiaconi dicūtur: q officijs ⁊ preceptis leuitaꝝ subiacēt ⁊ eis ministrāt ex quoꝝ ordine fuit ille nathanael quem dn̄s in euangelio cōmendauit dicens. Ecce vere israhelita in quo dolus non est. Nathinei aūt hebraice: dicunt latine in humilitate domino seruientes vel deo oblati. ¶ Subdyacones debent ſʒ Isidoꝝ. xxv. di. perlectis: oblationes in templo domini a fidelibus suscipere: ⁊ leuitis superponendas altarib⁹ deferre: calicem ⁊ patenaʒ ad altare xp̄i deferre: leuitis tradere eisq; ministrare: vrceolum quoq; cum vino ⁊ aquamanile ⁊ manutergiū tenere: ep̄o: p̄sbytero: ⁊ leuitis: pro lauandis ante altare manib⁹ aquā prebere: corpalia: ⁊ substratoria lauare: de qbus recte placuit patrib⁹. xi. di. lex. ⁊ c. eo: vt qui mystica sacramenta cōtractant: legē ꝯtinentie debeāt obseruare: sicut scriptū est in p̄pheta. Mūdamini q fertis vasa dn̄i. Tenēt aūt locū duū viroꝝ qui erāt apud gētiles. Sane iuxta decretum concilij tholetani. ⁊ʒ. di. subdyaconus. Subdyaconus cū ordinat: q̄ manus impositionē ꝯse

cratoriam non accipit: patenam de manu epi vacuā: et calicē vacuū accipiat dicēte sibi epo. Uide cuius ministeriū tibi tradit. De manu vero archidiaconi pro eo q in eis adiutoriū cōsecrat accipiat vrceū. s. cū vino et aq̄ mantile. i. bacile et manutergium. Premissa igit vba et vtensilia sunt huiꝰ sacri sub alia: cetera sunt de solēnitate. ¶ Queritur autē quare subdyaconꝰ legit lectiones ad missam: cū nō reperiat hoc sibi cōpetere: vel ex noie vel ministerio sibi ꝯcesso. Rñdeo: in primitiua ecclesia dyaconꝰ nō legebat euāgeliū: qꝛ hō statutū nō erat: postq̄ vero illud statutū fuit ꝯceptū est et vt subdyaconꝰ q dyacono subest eplāz siue lectionē legat. Subdyaconꝰ aūt vtit amictu alba et balteo sicut et ostiarius: exorcista: et acoliꝰ: et isup tunica: et sudario: tunicā strictam: portat: vt se iusticia q̄si lorica induat: sudario vt sordes a vasis extergat de quo in pte sequēti sub ti. de tunica et manipulo dicet. Hoc officio vtit q tante mundicie est q ipsiꝰ exēplo et ꝯsilio ceteri a sordibꝰ criminū lauent. ¶ Xps hoc officiū exercuit qñ in cana galilee de aqua vinū fecit: et qñ cena facta mittens aquā in peluim pedes discipuloꝝ lauit. Canon adriani pape. lxiij. di. valētinianꝰ in fine videt innuere q imperator hz ordinē subdyaconatꝰ hēre vbi dicit. Adiutor et defensor tuus vt meū ordinē decet semꝑ existā: s nō est ita: gerit tñ illud officiū: qñ in die ordinationis sue receptꝰ ē in canonicum a canonicis sancti petri ministrat dño pape in missa in officio subdyaconatꝰ parando calicez et huiusmodi faciendo. Quidā etiam dicūt vt no. ff. de rez di. l. sancta: q sit presbyter. Iuxta illud. Cuius merito quis nos sacerdotes appellat. Imperator etiam pontifex dicꝰ est, put in tractatu de episcopo dicetur.

¶ De dyacono. Rubrica.

Debet autem alba circa lūbos sacerdotis seu pōtificis zona seu cingulo: qd in lege et apd grecos baltēū dicebat pcingi: ne defluēdo gressuz ipediat: vt castitas sacerdotis per albā significata nullis icentivorū stimulis dissolvat. Cingulū nāq cōtinentiā significat. Unde sint lūbi vestri pcincti et lu. ar. i ma. ve. In lumbis qdē luxuria dominat sicut dñs loquēs de diabolo manifestat. virtus eius in lūbis eius et fortitudo eius in umbilico ventris illius de pe. dist. q. si. n. inquit ad fi. Sane in sinistro latere pōtificis ex cingulo duplex dependet succītoriū: qz duo sunt qbus castitas roborat: et sine qbus difficile pservatur. s. oratio et ieiuniū. Unde dominus ait. Hoc genus demoniorū nō eiicitur nisi in oratiōe et ieiunio. Debent ergo lūbi per cōtinentiā pcingi et per abstinētiā succingi. Unde apłs. State succincti lumbos vestros in veritate. Verū succintoriū qd alias perizoma vel succingulum vocat inter indumēta legalia fuisse nō legitur: qz et si legales sacerdotes accincti tpe sacrificii abstinere deberent. alio tñ tpe licite vacabant amplexibus. hodie autem additur cingulum: quia moderni ministri ingem habere debēt continentiā: et ideo non solum cingi sed etiam succingi debent. ideo autem duplex est succinctorium vt duplex castitas denotetur. vz. mentis que per cinguluz et corporis que per succinguluz significatur. a pte sinistra dependet: quia potior est castitas mētis qz corporis: et dextra pars potior est qz sinistra. Unde grego. Lumbis precingimur cum carnis luxuriā per carnis cōtinentiā coarctamus. Cingulū quoq cōvenienter temperantiā designat. de subcingulo etiā dictum est in phemio huius partis. Et adverte q pectus et fauces leniter cū amictu stringunt: qz motus i nostra pñte nō sunt. Helias prius clausit celum qñ petiit q nō plueret qz animū qñ desiderabat vindictam de morte pphetarū. lingua etiā in humido sedet et in madido et facile lubricatur: vnde pnceps apostolorū ad vocem ancille magistrū suum negavit: sed renes fortiter cingulo stringunt vt castigetur corpus et in servituteꝫ redigatur et impetus luxurie refrenetur. Porro scdm q capiti. s. xpo convenit zona sacerdotalis significat illud qd Joā. apostolus ait Cōversus vidi similez filio hoīs pcinctū ad mamillas zōa aurea: p zonā auream perfecta xpi charitas designat: quā dicit apostolus supereminentē sciencie charitatē christi ferventē in corde radiantem in opere. cuius succintoriū illd significat qd Isaias. ii. c. de xpo loquēs predixit. Erit iusticia cīgulū lūborū eius et fides cinctoriū renuū eius. Nā iustus dñs iusticiā dilexit: equitatē vidit vultus eius. Et fidelis dñs in ver. su. et s. i omni. ope. suis. due sūmitates ipsius due sunt partes nāles iusticie quā xps fecit et docuit. s. qd tibi nō vis fieri alteri nō feceris: sed qcūq vultis vt faciāt nobis hoies et vos eadē facite illis. Cīgulū ergo iusticiā significat cuius duo sunt brachia sese cōstrigētia. s. declinare a malo et operari bonum. Representat etiam flagellum quo pilatus cecidit Jesum Johā. 19.

¶ De stola. Rubrica.

Post cingulū sacerdos orariū sive stolā que leve dñi iugū significat. 23. di. ecclesiastica. sive q ē iugū pcepto: dñi sup collū sibi ipōit vt iugum dñi se suscipisse demōstret. Quā cū osculo sibi iponit et deponit ad notādū assensum et desideriū quo se subiicit huic iugo. Illa aūt a collo per añriora descēdēs dextrū et sinistrū lat9 adornat: qz per arma iusticie a dextris et a sinistris. i. in psperis et in adversis sacerdos dz esse munitus: quaten9 nec adversis frāgat nec psperis elevet. Uñ et cū sacerdos in ordinatiōe stolā accipit dicit illi eps. Accipe iugū dei. iugū. n. eius suave est et onus eius leve. suave i psperis: leve in adversis. ¶ Stola qppe vsq ad genua qū curvant pтendit: vt nos mites corde et humiles insinuet. Significat. n. patiētiā de qua scriptū est. Patiētia vobis necessaria est vt reportetis pmissiōes. Et iterū in patiētia vestra possi. a. ve. Hinc est ergo q stola cū zona seu cingulo a dextris et sinistris qbusdā nexibus colligat: qz virtutes virtutibus sociantur et iuvantur: ne aliquo moveant tētationis ipulsu: et ad designādū q taz in psperis qz in adversis dz xpi iugum patienter ferri: faciēte glutino charitatis. A qbusdā vero pōtificibus additur pmissis verbis stola innocentie induat te dominus quod stolam respicit primitivā que fuit innocentie significativa. ¶ Rursus stola ab humero sinistro sacerdotis in dextrum dum ordinatur reflectitur

tur: quia cum obedientia incipiat ab actiua per dilectionē proximi: trāsit in contemplatiuā vitā per dilectionē dei. Longitudo aūt stole perseuerantiā significat. Duo brachia stole dependētia significant prudētiā ⁊ tēperātiā. Unde apls ad timo. 3. Sobrie iuste ⁊ pie viuamus ⁊c. Sꝫ ⁊ fm decretuꝫ bracharēsis con. 25. di. ecclesiasticarū sacerdos de vno eodēq orario crucē pariter ⁊ vtrūq humeꝝ pmēs signū crucis in suo pectore pparare: vt qui īperturbatꝰ precipit inter psp̄era ⁊ aduersa psistere virtutū semꝑ ornamēto vtroq ex cuiuspꝰ appareat humero. Si qs aūt aliter egerit excōicatōni debite subiacebit: nisi forte qs dixerit hoc decretū per cōtrariā generalis ecclesie psuetudinē abrogatū. Nā nō vbiq partes stole reducunē ante pectꝰ in modū crucis. Crucē aūt gerit in pectore: dū xp̄i passionē cuiꝰ minister est imitatur in mēte. ¶ Orariū itaq iugū simul ⁊ onꝰ ē: iugū sacerdotibꝰ onus dyaconibꝰ. Unde fit vt sacerdotibꝰ circa collū ⁊ dyaconibꝰ super sinistꝝ hūeꝝ ponaē. Sicut enim iugum collo portaē: sic ⁊ hūeris onera feruntē. Lege in leuitico ⁊ videbis solos leuitas ferēdis oneribꝰ destinatos. In dyacono ēt stola iugū significat: put in pre. 2. dictuꝫ ē vbi de dyacono agiē. ¶ Adhuc stola sinistro hūero dyacōi imponiē: qꝛ debet tēporalia spūalibꝰ deseruire; vel qꝛ dexteraꝫ dyaconi oportet esse liberā vt expeditꝰ ad ministeriū sacerdotis discurrat: de quo ē ibi dictū. ¶ Ad lūbos stola succingiē vt sit fortis ⁊ expeditior cōtra pugnas libidinū. quādoq tū solū super sinistꝝ brachiū pars anterior stole cōplicatur: qd tractū ē a legalibꝰ sacerdotibꝰ qui dū sacrificabāt sūmitates baltbei sup hūeꝝ reflectebāt. In episcopo q vero vel sacerdote ab vtraq pte eq̄liter dependet aūtꝰ. qꝛ xp̄s cuius typū gerūt: qui equanimiter se habuit in psperis ⁊ in aduersis: que per leuā ⁊ dexterā significant habitatores terre ad celestia ducere desiderabat: qd semꝑ ante oculos mentis sue gerebat. Dictū ē aūt orariū qꝛ quāuis sine aliis indumentis sacerdotalibꝰ baptizare: psignare ⁊ alia plura orādo facere liceat: sine orario tñ nisi magna necessitate cogēte nihil hoꝝ facere licet. ¶ In cōcilio tribur. in bucardo lib. 6. c. presbyteri: legiē vt presbyteri nō vadant nisi stola vel orario vestiti. ¶ Notandū aūt ē q antiquus stola erat vestis cādida pertingens vsq ad vestigia: qua patriarche vtebātur ante legem quam primogeniti cū bñdictione patris acciperent īduebāt ⁊ dño victimas vt pōtifices offerebant. Sꝫ postq̄ alba cepit portari mutata ē in torquē. per primaꝫ stolā innocētia intelligiē que fuit in pmo hoīe. Sꝫ cū eā perdidit pp peccatū oportuit eā recuperare p vitulū saginatū: qꝛ igiē superē vt qui per iobediētiā cecidimꝰ per obediētiā resurgamꝰ; recte pro veste innocētie recuperāda subimꝰ torquē obediētie. Nā per stolā qua nūc vtimur obediētiā accipimus euangelii crucifixi. Porro fm q capitu. s. xp̄o pgruit stola que super amictū collo sacerdotis icūbit obediētiaꝫ ⁊ seruitutē significat quā dñs oiuꝫ ppter suoꝝ salutē subiit. Nā cū in forma dei esset nō rapinā arbitratꝰ ē eē se. e. deo: sꝫ exinaniuit. s. semetipsum formā serui accipiēs factꝰ obediens vsq ad mortē: mortē aūt crucis. Causaꝫ qppe mortalitatis nec traxit origine nec cōmisit in ope. ¶ Stola etiaꝫ significat ligaturā qua iesus ligatꝰ fuit ad colūnaꝫ. Statutū ē in canōibꝰ. 24. di. nō oportet. ⁊ duobꝰ ca. se. ne subdyaconi lectores ⁊ psalmiste orariis siue stolis vtanē.

¶ De manipulo. Rubrica.

Quia vero mentibꝰ bene cōpositis diuino cultui mancipatis sepe subrepit accidia que quodā torpore īgerit animū dormiētē. p̄s. Dormitauit aīa mea pre tedio. nō in sinistra manu ministri ad altaris ministeriū accedētis quedā apponiē manipula que fanum vel manipulꝰ vel sudariū appellaē: q ten9 sudorē mentis abstergat ⁊ soporē cordis excutiat: vt bōis operibꝰ inuigilet depulso tedio vel torpore. Per manipulū. n. bona opa vel vigilantia designantur: de qua dñs ait: Uigilate qꝛ nescitis qua hora filiꝰ hoīs venturꝰ sit. Un̄ sponsa dicit in canticis. Ego dormio ⁊ cor meū vigilat. Per sudariū ēt penitētia designaē q labes quotidiānas excessus ⁊ tediū mūdāe puersationis extergiē de quo dr̄. Dormitauit anima mea pre tedio: tedet enim aīaꝫ peccatoruꝫ conscientie ⁊ infirmitatis tempore. Significat etiam futuroꝝ bonoꝝ retributionem. Unde in quibusdam locis quotiens in festis: albis vtunē manipulos portant: ex eo q in illa vita vnusquisq propriam mercedē accipiet. Et venientes venient cū ex. p. r. ma. suos. Itē qꝛ manipulus penitentiam designat: inde. est q sudariū subdyaconi magis fanone sacerdotali formaē: qꝛ vbi maior excessus maior exigitur penitentie fructus. De sudario etiam infra dicetur. ¶ Sane ministri manipulū in brachio sinistro ferunt ad notandū q strictī debent esse ad terrena: sed ad celestia expediti. Antiq aūt nō erāt astricti ad hoc qꝛ deinde etiā pro tēporalibꝰ seruiebant ⁊ ad significandū nos in hac vita que per sinistꝝ significatur pati tedium superflui humoris. i. delectationis ⁊ alia superflua mentis. Ad huc manipulus in sinistra fidē in hac vita designat. Manipuli vsus sūptus ē non ab Aaron. sꝫ ab antiquis patribꝰ: qꝛ sicut legiē in martilogio bede: Arsenius sudariū semper ferebat in sinu vel manu ad tergēdū effluentiam lachrimaꝝ. Habebāt quoq sancti patres dum sacra tractabāt ⁊ sacramēta pficiebant mapellas. i. paruas mappas ⁊ mantilia in manibꝰ nunc pro tergēdis manibꝰ nūc pro operiendis ⁊ nūc pro reuerenter tractandis sacramentis. Porro fm q capitu. s. christo conuenit q sacerdos manipulū portat in leua: designat q xp̄s brauium obtinebat in via. Per manipulū enim premiū designatur. Iuxta quod legiē. Uenientes aūt venient cum exul. por. ma. su. Per leuam vita presens accipitur Iuxta illud. Leua eius sub capite meo ⁊ dextera ipsius am. me. Xp̄s aūt simul fruebatur ⁊ merebatur. fruebatur in patria: ⁊ merebaē i via. Nam simul ⁊ brauium comprehendebat ⁊ stadiū percurrebat qꝛ simul erat in patria ⁊ in via: nemo ingr ascēdit in celū nisi qui descendit de celo filius hominis qui ē in celo. Manipulus etiam representat funem quo iesus cōprehēsus a iudeis ligatus fuit. Unde Io. 18. Cōprehēderunt ⁊ ligauerunt eū. Manipulus tamen post indutam planetaꝫ consueuit romano pontifici imitti quod etiam a pluribus obseruatur: de quo in quarta parte sub tit. de confessiōe dicetur. ¶ Notandum autem q dyaconus ⁊ subdiaconꝰ pōtifici induenti ⁊ exuenti se sacris vestibus sine manipulis seruiūt Primo vt expeditꝰ ⁊ liberiꝰ administrent. Secundo ad notandū q in tali obsequio non debet fructū querere temporalem qui quādoq per manipulū significaē. Iuxta illud p̄s. Uenientes aūt ⁊c. Rursus dum pontifex se induit vel exuit dyaconus stat a dextris ⁊ subdyaconꝰ a sinistris: qꝛ dyaconus ex ordine suo ad fortiora ⁊ perfectiora q̄ per dexteram significaē assumitur q̄ subdyaconus.

¶ De casula seu planeta. Rubrica.

Postremo super oēs vestes induiē casula q̄ q̄si parua casa dr̄ ⁊ a greci plāeta vocaē a planō qd ē errore: q̄ā errabūdus eius limbꝰ super brachia eleuaē significans charitateꝫ sine qua sacerdos ē sicut es sonans aut cymbalū tinniens. sicut enim charitas operit multitudinem peccatoꝝ ⁊ omnis legis ⁊ propheraꝝ mandata continet dicente aplo. Plenitudo legis est charitas. sic ⁊ hec vestis cūcta planat ⁊ alia omnia indumenta intra se claudit ⁊ continet. De charitate dicit apostolus: adhuc excellentiorem viam vobis ostendo. si linguis hominū loquar ⁊ angeloꝝ: charitatem aūt non habeam nihil sum: ⁊ itē: si fidem habeam vt montes transferam charitateꝫ aūt non habeam nihil sum. de conse. di. 4. solent. hec siquidem est vestis nuptialis de q̄ dñs ingt in euāgelio. Amice

quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem: sine hac aūt nunq̄ sacerdos dz suū officiū exercere q2 semp eū decet in vinculo charitatis pmanere: p hoc aūt q amict9 sup os planete reuoluit̄ innuit̄ q bonū op9 dz ad charitatē referri. Nā finis pcepti est charitas de corde puro z psciā bona z fide nō ficta. q pro casula in extēsiōe manuū in añriorē z posteriorē ptē diuidit̄: significat duo brachia charitatis ad deū. s. z ad pximū. Diliges inqt deū tuū zc. In his duob9 mādat̄ tota lex pēdet z pphete. Rurs9 latitudo plāete latitudinē significat charitat̄ q ē vsq3 ad inimicos extēdit̄. vñ: Latū mādatū tuū nimis. Duc quoq3 plicature: sinistre. vz. z dextre: sunt duo pcepta charitat̄. s. amor dei z pximi. Duplicat̄ ēt añ pect9 per qd cor. z iter hūeros per quos opa exprimunt̄. z in eis vestimētū duplex in ipz efficit̄. q2 sic debem9 bōa opera foris ostēdere pximis vt eadem it9 in corde corā dño integra seruem9. Charitatē. n. dbemus hre in corde z ope z it9 z forl. Rursus añ pect9 duplicat̄. qm per charitatē bōa volūtas z scā cogitatio generat̄. Duplicat̄ ēt iter hūeros. q2 per illā aduersa a pximis z ab aduersariis supportant̄. Ad brachia ātēleuat̄ dū bōa opa charitat̄ opamur. Ad dextrā dū opamur bonū ad domesticos fidei Ad sinistrā dū extēdit̄ ēt ad inimicos. Adhuc triplicat̄ in brachiis. in dextro qdē cū fidelib9 monachis clericis z laicis subuenim9. in sinistro dū ifidelibus. s. malis xpianis iudeis z paganis necessaria ministram9. p casulaz quoq3 recte opa iustitie dsignant̄. Iuxta illd. Sacerdotes tui ind. iust. Sane sacerdos suū agēs officiū nō dz casulā exuere. q2 pcipiēte dño leui. xxi. c. nō lz ei egredi de scis. s. rebus vel pceptis. Porro fm q capiti. s. xpo puenit casula magni sacerdot̄ est eccl'ia vl'is de q dicit apl's. quotquot in xpo baptizati estis xp̄z induistis. H ē illd Aarō vestimētū c9 i orā dscēdit vnguētū. sz a capite dscēdit i barbā z a barba descēdit in orā. qm de plenitudine spūs ei9 nos oēs accepim9. pmo apli. deinde ceteri. q aūt casula vnica z integra z vndiq3 clausa est: significat fidei vnitatē z integritatē. verūtñ in extēsiōe manuū in añriorē z posteriorē ptē quodāmō diuidit̄ designās antiquā ecclīā que passionē xpi pcessit. z nouā que xpi passionē subseqt̄. nā z q pibāt z q seqbantur clamabāt dicētes osanna filio dauid bñ. q ve. i no. do. Hec ēt vestis repñsentat purpureū vestimētū quo milites circūdederūt Iesum. Ioā. 19 cap.

¶ De caligis z sandaliis. Rubrica.

Superius de sex ornamētis tā3 sacerdotib9 q̄ epis cōib9 dcm̄ ē. nūc aūt de nouē pōtificū spūalib9 dicēdū restat z pmo de caligis z sandaliis videamus. Uestimētū aūt pedū nō habuit originē ab aarō. q dū ap̄t in iudea pūersabat̄ i iōq3 necesse nō habuit. sz ab aplis qbus dictū est. Euntes docete oēs gētes. nisi forte qs dixerit q calige z sandalia in locū femialiū successerūt. ¶ Celebraturi igit̄ pōtifices pedes interea dū dicuntur qnq3 psalmi in pparatiōe euāgelii paci caligi z sandaliis calciant̄ quoz pulchritudinē ammirabat̄ ppha dicēs. Q speciosi pedes euāgelizātiū pacē: euāgelizātiū bōa. Unde apl's ad ephe. Calciati pedes calciamētis pratū. z in euangelio legit̄ dñz misisse discipulos suos sandaliis calciatos: calciatos vtiq3 in pparatiōe euāgelii pacis. Il. n. calciati non erāt qñ sup serpētes z scorpiōes calcare potuissent. Cogitent igit̄ epi cur ita calciari sunt: imitent̄ eoz exēpla quorū imitant̄ calciamēta. Siqdē p pedes pueniēter affect9 itelligūt̄. Debēt nāq3 hēre affcūs z dsideria calciata ne puluere terrenoz seu tpaliū maculent̄. Per hmōi quoq3 calciamētū phibitio pedū pgrue itelligit̄ ne. vz. ad illicita festinēt: q2 pro affect9 facili9 ificiunt̄ z maculant̄ tpe psperitatis: qd p dxtrā: q̄ tpe aduersitatis: qd p sinistrā itelligit̄ i iō vt maiori piculo citi9 occurrēdū ostēdat̄ a dxtro pede pōtifex icipit calciari: pus tñ q̄ sandalia pedib9 iponant̄ caligis induuntur vsq3 ad genua ptensis ibiq3 constrictis: q2 pdicator pedib9 suis rectos dz facere gressus suos z genua debilia roborare: nā qui fecerit z docuerit hic magn9 vocabit̄ in regno celoz. Calige quoq3 iacinctini. i. aerei seu celestis coloris: denotāt q celestes dz hēre pedes. i. affect9 z firmos ne claudicet: sz dicat pfortamini pusilanimes. Et cōsequēter sandalia pedib9 iponunt̄ que sic vocant̄ ab herba vel sandarico colore quo depingunt̄. Hñt aūt desubt9 integrā solcā: desup pro corcū fenestratū: q2 gressus pdicatoris z subt9 debēt eē muniti ne poluant̄ terrenis. Iux illd dñicū: Excutite puluerē de pedib9 vris: z sursum apti q̄ren9 ad cognoscēda mysteria seu celestia reuelent̄. Iux illd pphēticū. Reuela oculos meos z cō. mi. d le. tua. In hoc quoq3 q desup apta sunt: q corda semp ad deū erecta hēre z oculos mētis ad ea que sursuz sunt apire debem9 significat̄. Q ēt subt9 solida sunt significat q mētē in terrenis obtusaz hre debem9: nec debem9 q̄rere bñdictionē Esau que in terris ēt sed Iacob que est in cel. ¶ Rursus q sandalia i qbusdā locis aperta z in qbusdā integra seu clausa sunt: designat q euangelica predicatio nec omnibus reuelari nec omnibus abscōdi debet. Iuxta illud. Uobis datū ē nosse mysteriū regni dei. ceteris aūt in parabolis: Nolite scm̄ dare cāib9: neq3 margaritas spargere añ porcos. ii. q. 3. nolite. ¶ Sādalia quoq3 iterius qñq3 ex corio albo fiūt: q2 necesse est intētiōem cādidā z psciam purā corā deo hēre. z exteri9 nigra apparere: q2 pdicatoz vita pp tribulatiōes hui9 mundi nigra z despecta secularib9 vr̄. Qñq3 ēt rubeū ad dotū martirii designādū: z qñq3 diuersis colorib9 variatū in quo virtutum varietas qb9 ornat9 eē dz significat̄. Lingula pro a corio separata sup pedē psurgēs. linguas eoz q pdicatori bonū phibēt testimoniū significat: qui tñ quodāmō a spūalium puersatiōe separati sunt. Scdo lingula ipsa spūaliū lingua est que pdicatorē in op9 pdicatiōis introduxit. Tertio ēt ipsi9 pdicatoris linguaz designat. linea pro ab ipsa ligula vsq3 ad finē sandalii p mediū ei9 pcedēs euāgelicā pfectiōez designat. linee pro ab vtroq3 latere pcedētes que in fine sandalii ad ipsam lineā mediā referunt̄ ibiq3 terminant̄ legē figurāt pphēticā que in euāgelio recapitulat̄ z in eo determinatur. Superior quoq3 pars sandalioz per quā pes introducitur variis psuit̄ funiculis: ne duo ei9 cornua destuant seu ab inuicē separent̄ seu abinuicē disiungant̄ i ad notandū q predicator seipsuz variis alligare dz virtutib9 aut scripture sniis: ne ipsius itrinseca ab his q exterius lucent corā altissimo disiungant̄. Ipsa quoq3 sandaliorum ligatura significat q prelatus qui huc illucq3 discurrere habz gressus mentis firmare debet cū in turbis versat̄. Quia pro corrigie huc atq3 illuc manib9 ducunt̄ vt sandalia firmentur z ligentur: significat q predicator sic firmo gressu incedere debet vt nulli onerosus existat: z ne in via ministrando deficiat. Nā frustra velociter currit q puscq3 ad metā puenit deficit: de pe. di. 3. icassum. Mystice. n. sandalia cursum predicatoris significant. Quandoq3 tñ sandalia non ligantur quia xpi incarnatio aliqñ humanis sensibus apta est: vt est pannis inuolui z in presepio poni. Aliqñ vero corrigie sandaliis supererogant̄: q2 scriptū ē: Qdcūq3 supererogaueris ego cū rediero reddā tibi. Pōt ēt dici q calige significant illā lotionē de qua dñs ait. Qui lot9 est nō indiget nisi vt pedes lauet. sz q2 nō suffic mūdicia cordis absq3 patiētia psecutiōis. iō sequunt̄ cētones rubei qui martyriū figurāt. Qui aūt in corde mūdiciā z in voluntate si opus fuerit habuerit patiētiā securus accedet ad pdicationez quā sandalia designant aplica. Porro fm q capiti. s. xpo conueniūt sandalia aliud designant. Pōtifex. n. in altaris officio capitis sui. s. xpi cuius est membz repñtās psonam: dum pedib9 assumit sandalia: illud incarnationis dñice calciamentū isinuat: de quo dñs ait in ps. In idumeam extendam calciamentum meum. i. in gentibus notam

faciam incarnationem meā. Venit. n. ad nos calciata di
uinitas vt p nobis dei filius sacerdotio fungeretur. Per
lingulas aūt qbus pedibus ipsa sandalia cōstringunt: il-
lud idē accepimus qd per calciamēti corrigiā Jo. bapti. si
gnificauit cū ait. Cui⁹ nō sum dignus corrigiā calciamen
ti soluere: vnionē. vz. ineffabilē ꝛ copulam carnalē isolubi
lem qb⁹ ꝓbis diuinitas nr̄e se carni piunxit. ¶ Sane me
diātibus caligis pedes sandaliis piūgunt qm aīa me diā
te carne diuinitati est vnita: sicut. n. pes corp⁹ sustētat. ita
diuinitas mūdū gubernat. Vñ ps. Adorate scabellū pedū
eius qm̄ scīm est. Verꝫ sm decretū Greg. 93. di. ꝙ. cōpagis.
ꝛ duob⁹ ca. se. Dyaconi nō debēt vti cōpagis. in sandaliis
neqꝫ manipulis. i. calciamētis cpalibus absqꝫ idulgētia se
dis aplice spāli. Olim. n. vtebanť qr coꝑerat discurrere p
comitatū. Hodie ergo nec ipsi nec sacerdotes vtunť sed epi
solū vt per varietatē sandalioꝝ noteť varietas officiorū.
Preterea epi būt per plebes discurrere: sacerdotes ꝓo dñi
hostias imolare. Clerici aūt romane ecclesie ex pcessiōe Cō
stantini iperatoris vti possent calciamentis cū vdonib⁹. i.
candido lintcamine. 96. di. Cōstantinus.

¶ De succintorio ꝛ orali. Rubrica.

De succintorio nil aliud dici
mus q̄ꝫ q sub
zona ꝛ cigulo in pꝛhemio huius ptis dcm̄ est
Sane romanus pōtifex post albā ꝛ cingulū
assumit oralē quādā. vz. sindonē qd capiti qsi
in modū veli iponit. ꝛ replicat sup hūeros ꝛ an̄ pect⁹ lega
lis pōtificꝫ ordinē seqns q post tunicā strictā ꝛ zona idu bat
ephot. i. superhūerale cui⁹ locū mō tꝫ amictus. ¶ Assumit et
crucē quādā carbenulis isertā quā a collo suspēsam sibi sta
tuit an̄ pectus. qm̄ ꝛ legalis pōtifex laminā aureā gerebat
in frōte. p qua pōtifex iste crucē gerit in pectore. ꝛ ne signo
cruci aurea lamina cessit. nā mysteriū qd in qttuor lr̄is au
rilamina ptinebat in qttuor ptibus forma crucis explica
tur. Juxta qd inqt apls. Vt cōphēdatis cū oib⁹ sanctis q̄ sit
latitudo ꝛ lōgitudo q̄ sublimitas ꝛ pfūdū: sacrm ergo qd
ille tūc p laminā pferebat in frōte: hoc iste iā recōdit in mē
te. Nā corde credit ad iustitiā ore aūt pfessio fit ad salutē.
ꝛ sm Hiero. auro legior sanguis euangelii pciosior est. Cru
cem quoqꝫ statuit sibi an̄ pectus ad designādū qd ait apls.
Glorificate ꝛ portate deū in corpe vestro. Jmponēdo aūt si
bi ꝛ deponēdo crucē illā osculat ad denotadū q xpi passio
nem que p illā significat credit ꝛ pfitet. ad quā repsen
tādā in officio misse se parat.

¶ De tunica. Rubrica.

Post appositam stolā ponti
fex induit
tunicā que alibi subtile. in lege ꝓo poderis. i.
talaris dicebat significātē pseuerātiā. Unde
Joseph inter frēs suos talare vestē describitur
habuisse. Cū. n. cetere ꝟtutes in stadio currāt pseuerantia
tm̄ brauiū accipit. qm̄ qui pseuerarit vsqꝫ in fi. h sal. erit.
de pe. di. 2. apls. ꝛ. c. multi. Vñ pcipit esto fidelis vsqꝫ ad
mortē ꝛ dabo tibi coronā vite. ¶ Rursus iō post albā tūica
idut sequē sicut p albā castigatio corpis: ita p tunicā ꝟtutes
anime itelligunt: qs semp dꝫ hēre pfect⁹. Porro tunica nō
cingit. qm̄ sm sui formā iter nō ipedit: sic ꝛ ꝟtutes p illaꝫ
designate liberū iter ad ꝓtēplationē dei pbēt. sꝫ alba cingit
put sub cingulo dcm̄ est. ¶ In vete. testa. erāt due tunice.
vz. bissina ꝛ iacinthina. exo. 39. c. ꝛ hodie et qdā pōtifices
duabus vtunt ad notandū q ppriū est eoꝝ hēre sciētiam
duoꝝ testōꝝ: vt sciāt de thesauro dñi pferre noua ꝛ vete. si
ue vt se ostendāt dyaconos ꝛ sacerdotes. Preterea vnaqꝫ
eaꝝ typū ppriū gerit. qm̄ alba q̄ bissina siue linea est casti
tatē significat vt sub ti. de alba dcm̄ est. Bissina et tunica si se
rica est que originē traducit ex ꝟmibus qui sine coitu creā
tur castitatē ꝛ hūilitatē demōstrat. Scda tunica q̄ iacinthi
na esse dꝫ sicut ꝛ olim erat coloris lapidis iacinthi q aeris
serenitatē imitat: scōs significat celestia cogitātes ꝛ imitā
tes siue celestē cogitationē ꝛ pueersationē. sic. n. lapis ille co
lorē cū aere mutat: nam in sereno aere seren⁹. ꝛ in obscuro
pallid⁹ ē: sic spālr doct cꝫ gaudet cū gaudētib⁹ ꝛ flet cū flē
tib⁹. Si āt illa alteri⁹ coloris fuerit fit ꝛ alteri⁹ significatio
nis. Ceterꝫ pōtifex vnā tūicā sub alia iduit: ad dnotādū q
sicut coopta tunica a pplo non vr̄: sꝫ tm̄ a clericis scit: ita ꝛ
rō sublimiū ꝛ ꝟtutes q̄s pfectus semp hēre dꝫ que per illā
significant patere nō debēt oibus: sꝫ maiorib⁹ ꝛ perfectis.
¶ Porro sm q capit. i. xpo pueniit hec vestis que in vete
ri sacerdotio iacinthini erat coloris ꝛ hēbat pro fimbriis
mala punica cū tintinabulis aureis ab iferiori parte de
pendentia vt pontifex totus vocalis icederet: put dicet sub
titu. de legalibus idumētis. celestē xpi doctrinā insinuat.
cui⁹ notitiā habuerūt oēs qbus dr per pphetā. In mōtē
excelsum ascende tu qui euangelizas syō. Precipue tamē
hanc tunicā habuit euangelice doctrine sapientie
dei iesus xps. ꝛ dedit illā aplis suis. Oia inqt que audiui
a patre meo nota feci vobis. Hoc ergo significauit illa tuni
ca dñi quā milites scindere noluerūt eo q eēt inconsutilis
desup ptexta per totū. 16. q. 7. sicut dñi. dānū forte magnū
extimātes: in quo significatū est q̄ dānosum sit q doctri
nam euāgelicā hereticis scindere moliant. Subdyacon⁹
quoqꝫ vtitur tunica de qua in sequēti tractatu dicetur.

¶ De dalmatica. Rubrica.

Pontifex imediate sup tunicā dal
maticā vestit sm institu
tionē Siluestri pape que ab icōsutili domi
ni tunica ꝛ apostolorum colobio creditur mu
tuata. Est autē colobium vestis sine manicis
prout in cuculla monacale apparet. sed Siluester papa in
dalmaticā vertit latas manicas addendo ꝛ in sacrificiis
altaris portandam instituit. nnogesima tertia distin
ctione. c. dyaconi ita. ¶ Dicta est aūt dalmatica eo q in dal
matia ꝛ post oīa alia idumēta sacerdotalia fit repta. Hec
sui forma significat largitatē eo q largas habet manicas
ꝛ ꝓtensas. Unde sm aplm oportet epm nō esse turpis lu
cri cupidū: sed hospitalē. 47. di. 88. di. psequens. Non er
go manū habeat ad dādū collectam ꝛ ad recipiendū por
rectam: sed illud efficiat qd propheta suadet. Frange esu
rienti panē tuū. ꝛ egē. vag. itro. in domū tuā ꝛc. Ex hoc
forte dyacōi spāliter vtuntur dalmaticis. qi principaliter
electi sunt ab aplis vt mensis ex officio ministrent. ¶ Ce
terum dalmatica dyaconi ampliores hꝫ manicas q̄ tuni
cella subdyaconi que alicubi subtile vocat qr ipse amplio
rem habere debet charitatē q̄ subdyaconus pp maius do
nū. pōtificis et dalmatica latiores habet manicas q̄ dya
coni ad notādū q ipse magis est expedit⁹ nihil hñs qd ip
sius manus restrigat. qr p celestib⁹ oīa debet largiri. Cha
ritas. n. eius extendi debet et vsqꝫ ad inimicos. Nēpe tu
nicella subdyaconi: dalmatica dyaconi: ꝛ casula presbyte
ri succedūt in locū tunice iacinthine que erat coloris cele
stis. i. aerei ad notādū q oēs ministri altaris celestē debēt
habere pueersationē: lꝫ sꝫ maius ꝛ minus qd notat latitu
do vel strictura manicaꝝ dalmatice ꝛ tunicelle vt pmis
sum est. Quia igit sacerdos magis dꝫ eē ad celestia expedi
t⁹: iō hec ornamēta nō gerit: nec aliō brachia strigēs. Eps
aūt simul vtit ꝛ dalmatica ꝛ tunicella ꝛ oiuꝫ ornamētis:
vt ostēdat se pfecte oēs hēre ordines tāq̄ qui eos aliis pfert.
Minores sacerdotes eos nō pferūt. ꝛ iō illa nō portāt: qb⁹
suffic vnū qd celestē significet pueersationē. Preterea pōti
fex in ornamētis atqꝫ in officio magis expresse gerit simili
tudinē saluatoris q̄ simplex sacerdos: ꝛ magis sibi pueniūt
ornamētoꝝ significatiōes plurimus vtit ornamētis. Dꝫ
aūt dalmatica hēre duas lineas coccineas hic idē an̄ ꝛ re
tro a summo vsqꝫ ad deorsum vt pōtifex ondat hēre feruorē

charitatis ad deū ⁊ proximū in prosperis ⁊ aduersis. Iux
ta veteris ⁊ noui testi preceptū qđ est. Diliges dn̄m de. tu. ex
to. cor. tu. ⁊ proximū tuū sicut teipsum. Vn̄ Ioā. Carissimi
nō mādatū nouū scribo vobis. sꝫ mādatū vetus qđ ab ini
tio habuistis. Et iterū mādatū nouū scribo vobis ⁊c. Quā
doqꝫ linee purpuree sunt significātes fidē sanguinis xp̄i in
vtroqꝫ ppl̄o necessariā. In sinistro quoqꝫ latere dalmati
ca fimbrias solet hēre: sollicitudines actiue vite significan
tes quas ep̄s pro subditis suis dꝫ habere. iuxta qđ dicit apo
stolus. Preter illa que extrinsecus sunt instātia. mea quoti
diana sollicitudo oīuꝫ ecclesiaꝝ. Per dextrū vero lat⁹ qđ fim
brijs caret notatꝰ cōtēplatio celestiū sine sollicitudinib⁹ ⁊ ce
ra a multiplicitate pturbationū. Adhuc ꝗdaꝫ dalmatice
quīdecī hn̄t fimbrias añ ⁊ retro. qꝛ quīdecim psalmi in ve.
testa. q̄si quīdecim ranū gradus excūt de tramite charitatꝭ
⁊ quīdecim sil'r in nouo testa. excrescūt de ope charitatꝭ: vbi
gr̄a: Charitas paciens est: benigna ē ⁊c. vsqꝫ charitas nū
q̄ excidit. Aliq̄ vero hn̄t vigintiocto añ ⁊ totidē retro: vbi
septiformis spūs est octies repetit⁹ q replet octo maneries
laudātiū deū. s. reges ⁊ pplos: pncipes ⁊ iudices iuuenes ⁊
vgines: seniores ⁊ iuniores. Rursus in dalmatica varie
tas est sine scissura: qꝛ lꝫ varia religiōis opa apud deū agā
turtñ in votis nō discrepāt. Itē apta ē a laterib⁹ sub ascel
lis insinuās illi qui eā induit: vt xp̄i qui in latere lancea p
foratus est vestigia imitet̄. ¶ Adhuc dalmatica formaꝫ
crucis pretendit. vn̄ p eā xp̄i passio figurat̄: idcꝫ in misse of
ficio portat̄ vbi xp̄i passio repn̄tat̄. Significat ēt dalma
tica sanctā religionē ⁊ carnis mortificationē atqꝫ sublimi
um rōnē. Alba dalmatica sanctā ⁊ imaculatā significat vi
tam. Rubea martyꝝ. Alba vero ope polimitico variata no
tat mūdicias ⁊ vtutū varietatē. ⁊ est aurifrisio adornata.
Iuxta illđ. Astitit regina a dex. tu. invest. de. ¶ Porro sꝫ
q capitu. s. xp̄o ꝯuenit dalmatica sui forma latā ⁊ largam
xp̄i misericordiā significat: quaꝫ ipse pre ceteris ⁊ docuit ⁊
īpēdit. Estote inq̄t misericordes sicut ⁊ pr̄ vester misericors
est. Beati nāqꝫ misericordes qm̄ ipsi misericordiā ꝯsequē
tur. Hic est ergo samaritanus ille, p̄ximꝰ nr̄ qui fecit nobis
cuꝫ misericordiā: sup infundēs vulnerib⁹ nostris vinum ⁊
oleū. Nā per viscera misericordie dn̄i dei nr̄i visitauit nos
oriēs ex alto qui nō ex operib⁹ iustitie nostre que fecim⁹ nos.
sed sm̄ misericordiā. s. n. s. p peccatorib⁹ venit vt de peccatꝭ
veniā indulgeret. Misericordiā inq̄t volo ⁊ nō sacrificiū.
Legit̄ in canone Greg. 23. dist. cōis. q in p̄mitiua ecclesia
nō licebat ep̄o vel dyacono vti dalmatica absqꝫ indulgētia
sedis ap̄l'ice speciali. ¶ Sane dalmatice tpe aduentus dn̄i
a dyaconib⁹ intermittunt̄. qm̄ qn̄ aliqua claritas sacri or
dinis ad tps intermittit̄ clarius resplendet ⁊ auidius su
mitur qñ resumit̄ in aīs deuotoꝝ. qꝛ qđ rarū est magis ap
petit̄: 93. di. legimus. ad fi. ¶ Rursus in aduentu dyacon⁹
nō vtit̄ dalmatica nec subdyaconus tunica. qꝛ lex quā sub
dyaconus significat ante incarnationē dn̄i euāgelij orna
tu carebat ⁊ charitas euāgelij quā dyacon⁹ significat non
dū apparuerat. vel qꝛ nōdū venerat qui vestē inocētie ⁊ im
mortalitatis nos īduere debebat: iđ vestes letitie dimittū
tur. Vtunt̄ aūt tūc casulis de quo in scđa pte sub ti. de dya
cono dictū est. In ieiunijs tamen penthe. potest dyaconus
dalmatica vti.

¶ De cirothecis. Rubrica.

Via plerūqꝫ bonū opus qđ faciūt inani fauore corrūpūt. iđ statim postīdu tam dalmaticā pōtifex iuxta ritū apl'oꝝ ma nus ꝑgit cirothecis ne nesciat sinistra sua qđ faciat ei⁹ dextera. Per cirothecā ergo cautela
ꝯgrue d̄signat̄ que sic facit op⁹ in publico q intētionē ꝯtinet
in occulto. Nā ⁊ si dn̄s dixerit: Luceat lux vr̄a corā hoib⁹
vt videāt opa vr̄a bona ⁊ glorificēt prēm vestꝝ qui in celis
est. Ad qđ ēt designādū cirothecā circulū desup hꝫ aureū.

ipse tamen precipit. Attendite ne iustitiam vr̄am faciatis
corā hoibus vt videamini ab eis: alioqn mercedē nō hebi
tis apud prēm vr̄um qui in celis est. Manus ergo qñqꝫ ve
lantur cirothecis ⁊ qñqꝫ denudant̄: qꝛ bona opa interdum
ad vitādū vanā gloriā occultant̄: ⁊ īterdū ad edificādū p
ximos ppalant̄. Sūt aūt incōsutiles: qm̄ actiōes pōtificꝭ
fidei recte debēt esse ꝯcordes. Per cirothecas quoqꝫ in ma
nibus exēpla sanctoꝝ que in opib⁹ hūda sunt intelligunt̄ q
opa ab oī ignamēto mūdata sunt: ne modicū fermēti to
tam massaꝫ corrūpat. Per ipsas vero cirothecas albas ca
stitas ⁊ mundicia denotat̄: vt man⁹. i. opa actiōes sint mūde
⁊ ab oī sorde imunes. Porro sm̄ q capitu. s. xp̄o ꝯueniūt ci
rothece sunt edoꝝ pellicule q̄s mātibus Iacob rebecca cir
cūdedit vt pilose man⁹ similitudinē maioris fratris exprime
rent. Sane pellis edi est similitudo peccati quā rebecca mr̄. i.
spūs sancti gr̄a manib⁹ veri Iacob. i. opib⁹ xp̄i circūdedit
vt similitudinē maioris. i. prioris ade sedis exprimeret. Xp̄s.
n. similitudinē peccati sine peccato suscepit: vt icarnatōis my
sterū diabolo celaret̄. Nā ad similitudinē peccatoꝝ esuriit ⁊
sitiuit: voluit ⁊ expauit: dormiuit ⁊ laborauit: Vn̄ cuꝫ ieiu
nasset. 40. dieb⁹. ⁊. 40. noctibus: ac postea esuriisꝫ accedēs
ad illū diabolus cū ad similitudinē p̄oris ade temptare tētauit.
sed qui p̄mū vicerat eisdē modis victus est a secundo.

¶ De mitra. Rubrica.

Postquam ep̄s planetā induit mi tra loco tiaræ] seu cyda re seu ifule capiti ei⁹ iponit̄. Iuxta illđ. Glia ⁊ ho. co. e. do. Sꝫ ⁊ papa coronā frigiū loꝝ sup humerale clamidē purpureā ⁊ tunicā coccineā
nam hꝫ ex ꝯcessiōe ꝯstātini iperatoris. 96. di. ꝯstātin⁹. Mi
tra aūt sciaꝫ vtriusqꝫ testi designat. Duo nāqꝫ illi⁹ cornua
duo sunt testā anterius nouū posteri⁹ vetus: que duo epis
copus memoriter dꝫ scire. 23. q. ep̄s. ⁊ illis tāq̄ duplici cor
nu fidei inimicos ferit̄. Videri dꝫ qdē subditis ep̄s cornu
tus sicut ⁊ moyses de mōte synai descēdēs ⁊ duas tabulas
testimonij tenēs apparebat cornut⁹ Aarō ⁊ filijs israel ex
ꝯsortio sermonis dei: put legit̄ exo. 34. c. Quidā aūt here
tici mitrā ⁊ ei⁹ cornua ⁊ ep̄m illā ferentē ꝯdēnant iducētes
in fomentū sui erroris qđ Io. ait in apo. Vidi aliā bestiaꝫ
ascēdentē de terra ⁊ hēbat cornua duo silia agno. ⁊ loq̄bat̄
sicut draco. Due vero fimbrie posteri⁹ depēdētes spūs ⁊ lr̄a
sunt. Per duas quoqꝫ fimbrias seu ligulas notat̄ q pas⁹
esse dꝫ tā in mystico q̄ in historico sacre scripture intellectu.
In quaꝝ sūmitatib⁹ sunt fimbrie rubei coloris denotantes
eius ꝓmptitudinē ad fidei ⁊ sacre scripture defensionē: ēt
vsqꝫ ad sanguinis effusionē. 25. q. i. sunt qdaꝫ: que sup sca
pulas pendent ad notandū q id qđ predicat ore: ostende
re dꝫ ope: qꝛ. n. scapulis nulla pars altior est ad op⁹ siue ad
onus ferendū: iđ recte per eas op⁹ intelligit̄. Circulus aute⁹
qui posteriorē ⁊ anteriorē mitre ptē cōplectit̄: idicat q oīs
scriba doct⁹ i regno celoꝝ de thesauro suo noua ⁊ vetera p
ferre dꝫ. Caueat ergo diligēter ep̄s ne pri⁹ velit eē magister
q̄ nouerit eē discipulus. 10. dist. miserum. extra. de elect. cū
in magistrum. de renuncia. post translationem. ⁊. c. nisi ne
si cecus cecum duxerit ambo in foueam cadant. Scriptuꝫ
est. n. per prophetam. Tu sciam repulisti ⁊ ego te repellam
ne sacerdotio fungaris mihi. 3⁊. di. omnes. ⁊ in p̄dicto. c.
nisi. Non incōpetenter ēt mitra que in altū de sui forma p
ducit̄: altitudinē sapiētie designat. Debet enim episcop⁹
sic subditos scientia excellere vt ipsius comparatione cete
ri merito grex dicantur. 25. di. §. nunc autem. i. q. i. vilissi
mus ⁊. q. 7. conuenientibus. Due pēdule ex posteriori par
te duplicem desi gnant memoriam. Prima est actuū diui
noꝝ. ne celebrādo eā ꝯtemnēs puniat̄. Vnde ⁊ in veteri te
stamento sacrificiū oblatur⁹ ambiebat̄ tintinabulis. vt p
eorum sonitum reciperetur dignus. vel repelleret̄ indign⁹
ab angelo ad custodiā tēpli posito. 43. di. c. i. Scđa est pec

catoꝝ suoꝝ vt de illis cōpungaꝛ de pe. di. 3. iudas. Mitra et q̄ quoq̄ linea est et alba castitatis candorē mūdiciāq̄ significat. Un̄ hoc ornamētū multū capiti necessariū erat in quo q̄nq̄ sensus corporis vigēt. q̄bus corruptis facile castitas violaꝛ. ¶ Sunt et nōnulli dicētes q̄ mitra pōtificꝫ spineā coronā significat. et inde est q̄ dyacon⁹ i officio misse in quo pōtifex xp̄m in passiōe figurat mitrā illi iponit et depōit. q̄ ipse ex officio suo hꝫ euāgeliū legere: in quo xp̄s spinis legiꝛ coronat⁹. Duo cornua sunt duo charitatis p̄cepta. Pontifex igiꝛ mitrā accipit intelligēs q̄ q̄nq̄ sensus a mundi illecebris custodire dꝫ vt duoꝝ testōꝝ p̄cepta seruet: et duo charitatis p̄cepta ipleat vt coronā p̄cipe mereaꝛ eternā. ¶ Ceteri vero sacerdotes et clerici generalr̄ caput p̄tegūt nullo ornamēto. lꝫ in festis sint in toto alio corpore subornati. tū q̄ nōdū est plenū gaudiū nostꝝ. gaudem⁹ enī nō in re p̄ntiū: sꝫ in spe futuroꝝ. tū q̄ ad hoc tēdimus vt deū nuda facie ptēplemur. ¶ Sane mitra aurifrisiata vtēdū est a pasca vsq̄ ad aduētū. et a natiuitate dn̄i vsq̄ ad septuagesimā in oīb⁹ festis duplicib⁹: et nouē lectionū tot⁹ anni. nisi in festo inocētiū put diceꝛ sub ti. de coloribus. et in dn̄icꝫ p̄dictoꝝ tēpoꝝ et generaliter q̄ncūq̄ Gloria in excelsis et Te deū laudam⁹ dicunꝛ. Cuꝫ. n. illa dicanꝛ in festiuis diebus in q̄b⁹ p̄uatē et gaudiū generale vt spūale capitis vel mēbroꝝ ad memoriā reducim⁹ vt diceꝛ in p̄hemio septime ptis. merito tūc mitra aurofrisiata vtimur q̄ auꝝ et gēmaꝝ nitor gaudiū rep̄ntant. In dieb⁹ vō ieiunioꝝ nō est ea vtēdū vt seq̄tur. q̄ cū dies illi ordinati sint ad delenda peccata que tūc sunt ad memoriā reducēda nō sunt tūc agēda vel ferenda que gaudiū sed que poti⁹ hūilitatē et afflictionē designāt. In aliis vero t̄pibus regulr̄ nō aurifrisiata sed simplici vtēdū ē. vꝫ. ab aduētu vsq̄ ad natiuitatem nisi q̄ dn̄s papa vtiꝛ aurifrisiata in dn̄ica gaudete. et septuagesima vsq̄ ad pasca. et in dn̄ica letare hierusalē p̄ut diceꝛ sub tit. de colorib⁹. et et in q̄rta feria cene dn̄i in officio misse tm̄. et in sabbato sancto in officio misse. Itē in festis triū lectionū illius t̄pis et in oībus vigiliis in q̄b⁹ ieiuniū celebraꝛ. et in quattuor t̄pib⁹ et in rogatiōibus. dn̄s tñ papa vtiꝛ in festo scī Marci in missa tm̄. Itē in offō d̄functoꝝ. ¶ Illō quoq̄ notādū est q̄ roman⁹ pōtifex in signū ipērii vtiꝛ regno. i. corona iperiali. et in signū pōtificis vtitur mitra. sed mitra semp̄ vtiꝛ et vbiq̄. regno vō nō semp̄ nec vbiq̄ q̄ pōtificis auctoritas et prior est et dignior et diffusior q̄ imperialis ptās. Sacerdotiū. n. i pplo dei regnū p̄cessit cū Aarō p̄mus pōtifex Saulē p̄mū regem p̄cesserit. et Noe nēbroth. q̄ sicut legiꝛ p̄ncipiū regni nēbroth extitit babilōis. 6. di. qui his ita. Noe vō edificauit altare domino et holocausta obtulit sup illud. regno q̄dē nō vtiꝛ nisi certis dieb⁹ et locis. et nūq̄ intra ecclesiā sed extra. Porro sꝫ q̄ capiti. i. xp̄o p̄uenit: mitra pōtificis illud significat q̄ō p̄pheta loquēs de filio dicit ad patrē. Gloria et honore coronasti eū dn̄e. et cō. et cē. Hoc est itaq̄ nomē q̄ō est super oē nomē. vt in noīe Iesu oē genu flectaꝛ celestiū terrestriū et cē. Nā et in aurea lamina frontis pōtificalis sculptū erat nomen dn̄i tetragramaton: c⁹ mysteriū dclarabimus in ti. de leg. a. indumētis. Per mitrā ergo capitis xp̄i sūmā illā glorificentiā intelligim⁹ que p̄p diuinitatē debeꝛ hūanitati nā p̄p pedē adoraꝛ scabellū. Adorate inq̄t scabellū pedum ei⁹ q̄m sanctū est. ¶ Et nota q̄ sicut ait Zacharias papa d̄ p̄se. di. i. nullus. ep̄s ad altare oratur⁹ accedēs seu altario assistens vel oṝones ad deū effundēs mitrā deponit et baculum. q̄ apl̄s p̄hibet viros capite velato in ecclesia orare vt reuelata facie gloriā dn̄i p̄templenꝛ. Cū vō ad ppl̄m se conuertit vt illi p̄dicet insignia cōminatiōis sue resumit. vn̄ et Moyses cōm ppl̄i apud deum p̄hab⁹: cōm vō dei ad ppl̄m gladiū allegabat. 45. di. disciplina ad fi. ¶ Ultimo nota q̄ quidam ep̄i solēniter bn̄dicūt in missa. et altare thurificant deposita mitra. Alij vero cū mitra in capite. Primi ea rōne mouenꝛ q̄ solēniter benedicēdo vice dei funguntꝛ. et deus per eoꝝ mysteriū bn̄dicat. Nume. 6. in fine. vbi di. Inuocabūt nomē meū sup filios israel: et ego bn̄dicā eis. Altaris vō thurificatio significat oṝones. Apoc. 8. Ascendit fumus incensoꝝ de oṝonib⁹ sanctoꝝ. Quia ergo in oṝonibus cōm plebis ad deū agit: idō cū reuerentia mitra vꝫ deposita illud agere debet. Scdi vō attēdūt q̄ benedictio et thurificatio nō sūt essentialia ad p̄secratiōe corporis xp̄i sed ad solēnitatē pertinēt: et idō ea cū mitra agūt vt per hoc a simplicibus sacerdotib⁹ discernanꛝ. Quis. n. plus habeat ep̄s q̄ simplex sacerdos in his que ad solēnitatē p̄tinēt vt in ornamentis et aliis: nō tm̄ in his que ad p̄secrationē ipsam spectant. Sed hec rō minus sufficiens vꝛ q̄m sm̄ hoc mitra in missa nō dponereꝛ nisi q̄n verba ad quoꝝ p̄lationem fit specierum transubstantiatio p̄feruntur.

¶ De annulo. Rubrica.

Annulus est fidei sacr̄m quo christ⁹ sponsam suā sanctā ecclesiam subarrauit vt ipsa de se dicere valeat. Annulo suo subarrauit me dn̄s me⁹ ihs xp̄s. c⁹ custodes et pedagogi sunt ep̄i et p̄lati annulos p̄ signo in testimoniū hui⁹ rei ferētes. de q̄bus spōsa dicit in cāticis. Inuenerūt me vigiles q̄ custodiūt ciuitatē. Hunc annulū dedit p̄r filio reuertēti sm̄ illō euāgelij. Date annulum i manu ei⁹. ex quo euāgelio ānuli vsus crediꝛ accept⁹. Annulus ergo pōtificis integritatē significat fidei vt. vꝫ. ecclesiā dei spōsā sibi creditā sicut se diligat et sobriā et castā celesti spōso custodiat iuxta illō: Despōdi. n. vos vni viro. v. ca. ex. xp̄o. et se meminerit nō dn̄ꝫ sed pastorē. 6. q. i. sicut alterius. De hoc spōso et spōsa Iōānes euangelista dicit. Qui hꝫ spōsā spōsus ē: amic⁹ aūt spōsi q̄ stat et audit eum gaudio gaudet p̄p vocē spōsi. Ep̄s ergo vicari⁹ et amic⁹ spōsi q̄ si vicari⁹ est et ipse quodāmō spōsus est. ¶ Rursus antiq̄ lr̄as annulo sigillabāt. Un̄ ep̄s ānulū portat. q̄m secreta mysteria et ecclesie sacr̄a perfidis sigillaꝛ et hūilibus reuelare dꝫ. ¶ Porro sm̄ q̄ capiti. s. xp̄o p̄uenit annulus digiti: donū significat scī spūs. Digitus. n. articularis atq̄ distict⁹ spūm scm̄ isinuat. sm̄ illō. digit⁹ dei est hic. et alibi. Si ego in digito dei eijcio dmōia: filij vr̄i i quo eijciūt. ¶ Annul⁹ aūt aure⁹ et rotūdus p̄fectionē donoꝝ ei⁹ significat quā sine mēsura xp̄s accepit. q̄m in eo plenitudo diuinitatis corporalr̄ habitat. Nā q̄ dsursū venit sup oēs ē: cui de⁹ nō dedit spm̄ ad mēsurā dicēs. Sup quē videris spiritū scm̄ dscēdētē et manētē sup eū: Hic ē q̄ baptizat: nā requieuit sup eū spūs sapiētie et intellect⁹. Ipse vō de plenitudine sua sm̄ differētes donationes distribuit: alij sm̄ apl̄m dās smonē scie: alij grāꝫ sanitatū: alij opatione v̄tutū et cē. q̄ō et visibilis pōtifex imitaꝛ alios in ecclia p̄stituēs sacerdotes alios dyaconos alios sbdyaconos et hmōi. n̄ igiꝛ abre in ep̄i digito gēmat⁹ fulget ānulus: p̄ c⁹ mysteriū danꝛ fulgida carismata grāꝝ. De annulo sponse satis dcm̄ est in prima parte sub tit. de ecclesie sacramentis.

¶ De baculo pastorali. Rubrica.

Baculus pastoralis correctionē pastoralē significat p̄p q̄ō a consecratore dꝛ p̄secrato. Accipe baculū pastoral' officij vt sis i corrigēdis vitiis pie seuiēs. De quo dicit apostolus. In virga veniam ad vos. Uirga igitur pastoralis ptās intelligiꝛ sacerdotal' quā xp̄s eis p̄tulit q̄n aplos ad p̄dicādū misit p̄cipiēs eis vt baculos tollerēt. Et moyses cū v̄ga missus ē i egyptū. d̄ h̄ i p̄ma pte dcm̄ ē i ti. d̄ p̄secratōib⁹: bacul⁹ ergo a lege et euāgelio sumiꝛ: q̄ et v̄ga pastoral' et sambuca et pedū et ferula nūcupaꝛ. Moyses. n. ex mādato dn̄i v̄gam habuit: q̄ terribilia fecit in celo et in mari: quia cibum de celo: potum de petra produxit: et gregem ad terram fluentem lacte et melle minauit. Adhuc per baculum doctrine auctoritas intelligitur. Hac enim

infirmi sustētant. indocti corripiunt. errātes ad penitentiā trahunt. Unde z pedū vocat qd ē lignū recuruū quo pastores pedes retrahūt aialiū. Sane qñqz baculus ex osse z ligno pficit: que cristallina z deaurata sperula piūgunt: os superi⁹ recuruat: lignū īferi⁹ ferro acuit modice tn̄ recōditur. Sigdē os est duritia legis: lignū māsuetudo euāgelij: que duo coniuncta sunt sperula diuinitatis Jesu xpi. Uel os seueritas: lignū pōtificis est lenitas qs iugat in iudicio per charitatē. Nā seueritas vel misericordia multū diluitur si vna sine altera teneat. 45. di. disciplia. ad qd significandū ferꝫ obtundit: qz iudiciuz misericordia temperat: baculus recuruat cū penitentes ad penitentiā reuocant. Aliqñdo in curuatura caput serpentis: qz ad deū cōuersis vita eterna promittit. Aliqñ etiam in curuatura scribitur. Cū irat⁹ fuer͂ misericordie recordaberis ne ob culpā gregis ira turbet in pastore oculū rōnis. 6. q. i. ex merito. Aliquando in sperula scribit. homo. vt pōtifex se hoiez memoret. z de potestate collata nō eleuet. Aliqñ etiā iuxta ferꝫ scribit. Parce. vt in disciplina subditis parcat: z misericors a misericordia misericordiā cōsequat. Qz vero baculus est acut⁹ in fine: rect⁹ in medio z retort⁹ in sūmo: designat q pontifex dꝫ pūgere pigros: regere debiles sui recentudie z colligere vagos. 47. di. §. nec. 48 di. disciplia. z ca. ois. Uñ versus. Collige: sustēta: stimula: vaga: morbida. lēta. Et reddendo singula singulis versus iste prīncipia premissa. vel sic. Attrahe per primū: medio rege: pūge per imū. Roman⁹ autē pontifex pastorali virga nō vtitur: tum propter historiā: tū pp mysticā rōnem. extra de sac. vn. caplo vnico. in fine. Historia est qm beat⁹ petrus apostolus Marcialē discipulū suū quē dñs inter discipulos ɔstituit cū dixerit. Nisi efficiamini sicut paruulus iste nō intra. zc. misit cū quibusdā aliis ad pdicandū germanis. quo in via ad viginti dietas defuncto Fr̄ōto collega ei⁹ rediit ad nunciandū hoc petro. Cui petr⁹. Accipe hūc baculū z tāgens illuz dic. Surge in noīe dñi z predica. Ille vero in quadragesimo die a tempore mortis illi⁹ tetigit eū z surrexit z pdicauit z ita petr⁹ baculū a se remouit z subditis tradit nec recuperauit. Innocenti⁹ vero papa tertius scripsit in ecclesie speculo q beat⁹ petrus misit baculū suū Euchario primo treueroꝝ episcopo: quē vna cū Ualerio z materno ad predicādū euāgeliū genti theutonice destinauit: cui successit in epatū Maternus qui per baculū petri de morte fuerat suscitat⁹: quē baculū vsqz hodie cū magna veneratiōe treuereñ. ecclesia. seruat. z iō papa in illa diocesi vtit baculo z nō alibi. Mystica vero est ratio: qz baculus in sūmitate est curu⁹ q̄si ad attrahendū: qd in romano pōtifice necesse nō est. qz null⁹ ab eo finaliter diuertere pōt. Preterea per baculū designat cohertio. quā qz ceteri pōtifices ab hoīe recipiūt. ideo a suis superiorib⁹ baculos recipiūt z habēt. Roman⁹ vero pontifex qz potestatē a solo deo accipit baculū non hꝫ. ¶ Porro fm q capiti. s. xpo conuenit virga pontificis: potētē xpi significat: de qua psalmista. Uirga recta sine directiōis virga regni tui. qz dilexisti iusticiā z odisti iniqtatē: pp quod alibi dicit. Reges eos in virga ferrea: duricia ferri vigorē significat eqtatis. quia christ⁹ tanqȝ vas figuli peccatores ɔfringet: Uerꝫ potestas christi non solū est virga. sed baculus: qz non soluz corripit sed etiā sustentat. Unde ps. Uirga tua z baculus tu⁹ ipsa me consolata sunt.

¶ De sudario. Rubrica.

Expeditis nouem specialibus pontificū ornamētis aliq de quibusdā aliis z primo de sudario videam⁹: qd est tine⁹ pān⁹ quē ministrans epo semper paratuz habet quo ille sudorē z oēm superfluū corporis tergat humorē: significans studiū quo hūanas ɔtagiones in hac vita extergimus per exēpla sanctoꝝ patꝫ. qbus ad patientiaz corroboramur. Sicut. n. sudor est in corpore: sic etiam tediū est in aīa qñqz ex conscientia peccatoꝝ pueniens ɔstrepitus frōtē. Habeam⁹ igit sudariū ex lino multis tunsionib⁹ castigato z mūdato per qd mūdanos extergam⁹ affect⁹. z etiā cū dauid z iob tristiciā abiiciēdo nos tergam⁹. In quibusdam ecclesijs diacon⁹ sudariū habens illud in dextro cornu altaris depōnit. vt si forte qcqȝ sordidū accesserit illo tergatur. z sudariū sacerdotis mūdissimum maneat. ¶ Manipuli quoqz pene eadē ē significatio: put ibi dcīn est.

¶ De pallio. Rubrica.

pluries excitauit: ideo sacerdos tunc populum non salutat: sed ei orare insinuat. Sed et quia tempore illo xps in oratione genua flexit: ideo mox ad genu a flectendum inuitat. Dicit autem flectamus genua in persona vniuersitatis omnium fidelium quasi omnium sindicus seipsum includens: et ideo loquitur in prima persona excitans se et omnes ad orandum humiliter et deuote: sed mox subijcit leuate in persona alterius scilicet xpi cuius typum gerit in officio misse: et tunc loquitur in secunda persona et in dissimili casu quasi ipse xps dicat surgite quia vestram humilitatem et deuotionem video: et tunc vice omnium loquitur nunc orat: quod significat collecte que dicuntur post flectamus et post humiliate: dicitur in quarta parte sub quarta feria in capite ieiuniorum. Alijs vero diebus ecclesia tempus exultationis et plenitudinis que precipue fuit post xpi resurrectionem representat: et tunc sacerdos populum salutat representans vt premissum est quod dominus post resurrectionem discipulos salutauit. Sacerdos ergo orationibus premittit dominus vobiscum: vt populum reddat attentum quod mens eius ad deum dirigatur et ei per intentionem sedulam coniungatur: et est sensus dominus vobiscum idest in vobis maneat et vos premio vite eterne remuneret et petitionibus vestris effectum tribuat seu gratiam dei impertetis persueratis in illa. Chorus vero et populus respondent: et cum spiritu tuo: quod sumptum est ex epistola secunda ad thimotheum. vi. vbi dicitur: dominus Jesus xps cum spiritu tuo: huiusmodi etenim mutue salutationes notant quod sacerdotis: et populi vnus debet esse affectus: et est sensus: tu pro nobis facturus es preces ad dominum: et quia dominus deus preces illas tantum approbat et exaudit que ex bono corde procedunt: oramus et nos similiter pro te vt ille sine quo nullum est bonum sit cum spiritu tuo: vt qui tecum est in ore sit et in corde: et in te maneat: et secundum hoc cessat beitatio quorundam quare populus respondet: et cum spiritu tuo: cum sacerdos dicendo dominus vobiscum optauerit dominum esse cum illis: non solum in spiritu verum etiam in corpore: nam et idipsum populus per hanc responsionem optat vt premissum est. Potest etiam dici quod hac responsione populus se refert solum ad actionem imolationis: ad quam sacerdos procedit in qua per spiritum totaliter eleuatur et ab omni terrenitate prorsus abstractus esse debet. Postquam vero choruus respondit ipse ad altare reuoluitur scilicet ad orientem: vt dicitur in prohemio. v. partis: et quasi pax de sua bonitate confidens vniuersalem ad se colligit ecclesiam dicens: quasi omnium sindicus oremus: quasi si dicat orate omnes simul mecum vt quod postulamus citius impetremus: quia impossibile est multitudinem non exaudiri: et sic orationem dicit: dicendo ergo oremus hortatur alios ad orandum: quia et ipse monuit xps discipulos orare dicens: orate ne intretis in temptationem et postea orat: quia postea xps orauit: ipse enim fecit et docuit: quod autem dicit oremus ab antiquis habemus: qui premisso oremus subiungebant cotinuo orationem: dicit autem: oremus stans ante medium altaris: propter rationes positas in principio precedentis ti. oratio autem quam dicit significat indulgentiam quam dominus repromisit: et deinde transit ad dexteram partem altaris vt dicetur sub ti. se. Oratione finita chorus respondet amen: quod est hebraicum verbum. q. d. fiat nobis sicut orasti: seu feliciter acta sit oratio tua: et est sumptum amen ex apoca. io. Ambro exponit. amen. i. verum est quod sermo sonat affectus sententiar: de con. di. ii. reuera in fi. 38. di. sedulo. 5. q. 5. et hauctem: quandoque ponitur pro vere vt ibi amen amen dico vobis: extra de iureiur. et si xps: prout sub ti. de oratione dicetur i et nota quod premissa salutatio scilicet dominus vobiscum ad minores: et imperfectiores: et simplices pertinet sacerdotes: episcopus vel eius superior: qui perfectus esse debet: et expressam xpi similitudinem gerit vt se vicarium xpi ostendat oraturus prima vice vtitur verbo domini dicentis Jo. xx. pax vobis: que fuit prima vox domini ad discipulos quociens post resurrectionem apparuit: quasi diceret in presenti detur vobis pax temporis et in futuro pax eternitatis. De vtraque Jo. xiiij. Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis. Hoc etiam verbo vsus est dispensator Joseph ad fratres eius. Postea vero ad instar ceterorum sacerdotum dicit: dominus vobiscum: vt se esse vnum ex ipsis ostendat. 95. di. olim. et c. se. in fi. Et est aduertendum quod tunc demum pax vobis dicitur quando gloria in excelsis cantatur: et hoc ideo vt correspondeat ei quod ibi dicitur: et in terra pax hominibus etc. Preterea hec salutatio a xpo tempore gaudij et letitie scilicet resurrectionis ad discipulos facta illi cantico letitie correspondere debet. Sunt etiam qui dicunt quod pontifex solenniter celebrans in diebus quibus gloria in excelsis dicitur representat xpm post resurrectionem seu resurrectionis gaudium: quo tempore sepe xps dicta salutatione ad discipulos vsus est: ideoque xpm imitando primis diebus. h. d. In missis vero quas alijs diebus vel temporibus dicit: vel etiam que ab inferioribus dicuntur: xpi passio figuratur et planctus atque afflictio conformatur. Et ideo in illis pax vobis non dicitur: ne gaudium cum dolore misceatur. Potest et dici quod per xpm facta est pax inter deum et hominem: et inter angelos et homines: quod manifestauit angelus quando in xpi natiuitate cantauit. Gloria in excelsis deo et in terra pax hominibus. Pacem vero inter deum et homines manifestauit xps quando post resurrectionem dixit apostolis pax vobis: hec representantur in missa. Primum per quelibet sacerdotem qui potest cantare Gloria in excelsis angelum representans. Secundum per episcopum qui solus dicit pax vobis: representans xpm qui in persona ecclesie dixit apostolis pax vobis: vtrumque autem dicit episcopus solenniter celebrans quia vtrumque scilicet xpm et angelum representat. Ipse enim specialior est xpi vicarius quam simplex sacerdos: ideo quando omittit officium angeli scilicet temporibus quibus cantica letitie subticentur scilicet Te deum laudamus et Gloria in excelsis: omittit similiter ad hunc officium xpi non dicens pax vobis: sed dominus vobiscum: sicut simplex sacerdos. Non enim per episcopum qui representat xpm et angelum vna pax sine altera nunciatur. Idem etiam est in Ite missa est: quod non dicit nisi Gloria in excelsis dicatur. ¶ Sane dyaconus non dicit dominus vobiscum per horas eo quod non ita gerit typum xpi: qui per hoc hac salutatione vsus est sicut sacerdos gerit in persona xpi vtitur: legens tamen euangelium hoc dicit: quia tunc vtitur officio predicatoris: et pronunciat doctrinam ab ipso xpo immediate prolatam: et etiam cereum pascalem benedicens quia tunc xpi resurrectionem representat. Sunt tamen quidam qui dicunt quod in diuinis officijs que dicere tenentur licite possunt hoc dicere cum prohibitum non legatur: quibus generalis vsus ecclesie contradicit vt se inferiores sacerdotibus cognoscant. ¶ Notandum autem est quod septem vicibus populus salutatur in missa: quatenus exclusis septem vitijs capitalibus suscipiat gratiam septiformem. Misterium enim misse ad septem dona spiritus sancti refertur. Primo in ipso misse exordio ante collectam. Secundo ante euangelium. Tertio post euangelium siue dicto symbolo scilicet ante offertorium. Quarto ante prefationem cum dicit sacerdos Per omnia secula seculorum: et consequenter dominus vobiscum. Quinto ante pacis osculum: cum dicit Pax domini sit semper vobiscum. Sexto ante primam post communionem. Septimo finito finali post communionem vel orationem. In prima salutatione spiritus sapientie intelligitur: quia sapientia intrauit in hunc mundum vt saluaret nos. In secunda spiritus intellectus. ideo enim predicauit vt doceret nos. In tertia spiritus consilij: hoc enim secreto dei consilio se passioni obtulit vt redimeret nos. In quarta spiritus fortitudinis: quia pendens in cruce dyabolum expugnauit vt redimeret nos. In quinta spiritus scientie: quia resurgens discipulos salutauit et eis sensum aperuit vt erudiret nos. In sexta spiritus pietatis quia sola pietate humanam naturam super astra leuauit vt exaltaret nos. In septima spiritus timoris quia angeli tremebunt cum venerit ad iudicium vt glorificet nos. ¶ Ceterum in qualibet salutatione mutatur officium misse: et de vno officio ad aliud transitur. quare merito salutatio premittitur. cum enim ad operarios nouiter ingredimur eos salutare solemus: et secundum hoc octo officia sunt in missa. ¶ Rursus salutatur etiam in octauo vt quidam volunt scilicet post offertorium ante secretellam. nam voluens se ad populum dicturus Orate fratres etc. debet dicere sub silentio Dominus vobiscum. Verum licet eis quos salutamus faciem regulariter representemus tamen in quinque dumtaxat ex premissis salutationibus sacerdos ad populum se conuertit: nam in illa salutatione que fit ante euangelium se non conuertit: quia iam intentus est ad verba dei annunciandum: nec etiam in illa que fit ante prefationem: quia iam intentus est ad sacrificium altaris tractandum: nec etiam in illa que fit ante pacis osculum: quia iam tenet corpus xpi in manibus: et habet cor sursum ad deum. Et omnino intentus est ad reuerenter illud tractandum.

Nemo enim mittens manum ad aratrum et respiciens retro aptus est regno dei extra de vo. magne. ¶ Ceterum quia ad pplm cū dñs vobiscum facta cōuersio significat quinque apparitiones quas xps fecit discipulis suis in die resurrectiōis. Prima fuit Marie magdalene Iohā. xx. et Math. vlti. Scda eidē et alijs mulierib⁹ redeūtib⁹ de sepulchro qñ dixit eis: auete. Math. vlti. Tertia Petro. Quarta duob⁹ discipulis euntibus in Emaus. Quinta in domo decē discipulis absente Thoma Jo. xx. Sed quia alter istarū manifesta non fuit. qñ. vz. primo apparuit Marie magdalene. vel fm alios qñ apparuit Petro quia nescit qñ aut vbi: nō sacerdos añ secretellā dicturus Orate fratres: pdicit sub silentio dñs vobiscū: sz patēter dič orate tč. qz patēter dixit aplus: Orate ne intretis ītētationē. Fuerūt ēt et alie apparitiōes de qb⁹ nil ad psens. ¶ Nā est ēt omittēdū q sacerdos semper voluit se ad pplm ad dextrā et per eādē se ad altare reuoluit q̄si ipso facto dicēs. Dextera dñi fecit virtutē: dextera do. ex. m. dex. do. fe. vir. Scdo ad dsignādū q in sepulchro dñico angelus a dextris sedebat. Tertio vt per hoc sacerdos innuat se rectā et obtētā hēre itētionē p se et pplo ad celestē patriā: z q p dextrā significat iuxta illō in cāticis. Dextra ei⁹ amplexabit me. Quarto qz prius salutādo pplm et cōuersus dicēdo orem⁹ hortat tam se q pplm ad orādū: et oio dz fieri pro eternis que p dextrā significant. vñ xps sedere di ad dextrā patris merito a pre dextra sit vtercs: gerit quippe sacerdos typum xpi qui pfect⁹ ē in salutatiōib⁹ et orōnib⁹ q ad dextrā fiūt. Uerūtñ postq̄ dixit orate p me fres tč. se reuoluit ad sinistrā: iuxta illud psalmiste. Circuiui et imolaui in tabernaculo ei⁹ ho. vo. tč. pparās se ad imolādū quēdā circuitū facit. se igit cōuertit tūc ad sinistrā q imperfectior et īfirmior ē ad notandū ipfectionē cuiuslibet sacerdotis pter xpm. Hic est q premissa vba dicēdo obsecrat tāq̄ ipfect⁹ et peccator et idigens alioȝ auxiliū ipēdi sibi ab alijs sine bñficiū orōnis. Scdo quoque reuoluit tūc a sinistra vt per hoc significet tristitiā ꝯ passiōe xpi ad quā representādā statiz ītēdit. tristicia. n. recte per sinistrā significat: iuxta illō apli: a dextris et a sinistris per gloriā et ignobilitatē: per īfamiā et bonā famā. Debēt ēt fieri ille volutiōes et reuolutiōes ante mediū altaris: iuxta illō: in medio ecclie aperuit os suū tč. In quo et illō cōmemorat q redēptor nr iuxta salomonē corp⁹ suū media charitate ꝯstrauit pp filias ihrlm. et attēdite qz qdā dicto dñs vobiscū ad altare reuoluti dicūt orem⁹ stātes añ mediū altaris: per hoc insinuātes se in loco manifesto et ppla ꝯuenīēti orare. s. ante mediū altaris. q̄ ppls dz de medio cordis orōnes ad deū effundere. Alij vo ad dextrū cornu altaris vbi orationē pferre debēt dicūt orem⁹ vt sic iter īsinuatōēz et orōnē nullū actū aliū iterponāt: et vt ibi pcedat orādi insinuatio vbi mox subsequi ipsa oratio et orantis populi esse debet intentio.

¶ De oratione seu collecta. Rubrica.

Salutatione pmissa subdiciunt orōnes qz. n. omnis nra orōia a deo ichoata circulariter in ipsum terminari dz: nō misse offm icipit ab orōne et terminat in grāȝ actiōe. Unde vidēdū est qs dz orōnes dicere. Qualr et p qb⁹ sit orādū. Quid sit orōr et qñ et vbi et versus quā pte orōnes dicēde sint. De mutatiōe sacerdotis ab vna pte altaris ad alterā: vñ orōnes dicant et vnde originē habuerūt: qualr vba eoȝ intelligant. Qualr orōnes terminent. Quare vocent collecte. Que et quot orationes dicēde sunt et de incētorib⁹ eaȝ. Quomō pōtifex vel sacerdos illas dicēs stat dz. ¶ Circa pmū notādū ē q ea qb⁹ ppls imediate ordinat ad deū: z sacerdotes tm̄ dicūt q sunt mediatores īter deū et pplm: quoȝ qdā dicunt publice spectātia ad totū pplm in cui⁹ psona ipse solus ea deo pponit sicut sunt orōnes et grāȝ actiōes: qdā pūatiz que ad officiū ei⁹ tm̄ spectāt vt ꝯsecratiōes et hmōi orōnes qs ipse p pplo facit. non tamen in persona populi orans. et in omnib⁹ premittit dominus vobiscum: vt mens populi deo coniungat et quia populus in his que ad deum pertinent sacerdotem ducem habet: ideo in fine cuiuslibet sue orationis populus consentit rñdens amen vt iam dicet. pp quod et ois oratio alte terminatur etiā si priuatiz fiat. ¶ Sane orandū ē breuibus vbis nō in multilogo vt iam dicet. xz. dist. oia. 43. dist. sit rector. ppe fi. vnde et greci pax et frequenter orant sed in lachrymis et in puritate cordis nō in voce clamosa. sed in mentis intētione et lachrymaȝ compunctione: sic in conspectu diuine maiestatis et angeloȝ oportet nos esse: vt mens nostra voci concordet: iuxta illud psalmi. Exaudiuit dñs vocem fletus mei. Et iterum. Sacrificiū deo spūs contribulatus tč. Debet ēt oio esse deuota: nam oiuz creatori cū deuotione est supplicandum. Dū aūt sacerdos alte dicit orōnem: alij non debent verbis orare. sed illā orōnē attendere et ad eam rñdere amen. Pro qbus sit orandum dicet in sexta parte sub ti. de pascate. ¶ Quid sit orō et qua hora et quibus hore canonice dicende sunt: et versus quam partem orādum est dicet in prohemio. 5. partis. qd significet oratio que dicitur ante eplam dicetur sub ti. de cessione epi. Sane sacerdos dum orat ad dextram consistit altaris iuxta illud eccli. 50. Deprecabitur aarō sup cornu altaris et placabit supercū in generatiōibus suis. in hoc illō signans qd fuerat pphetatū. Deus ab austro veniet: xps enī iudeos docuit ad quos a pre missus fuit. qz dextra iudeos: gentiles sinistra figurat. et qm̄ leticia per dextrā. tristitia vero per sinistram designatur: idcirco ad dextrā pte altaris primum accedit vt gaudiū dñice natiuitatis ostendat. deinde dictur⁹ euangeliū ad sinistram cōuertit vt tristitiā passionis insinuat. sed iterum redit ad dextrā vt gaudiū resurrectiōis annunciet de hoc aliter dicet sub ti. de mutatiōe sacerdotis. Roman⁹ vero pōtifex oraturus ad sedē post altare vel alius eps ad latus altaris ascendit: et stans collectam pnunciat quā in libro legit aperto: et deinde sedet: qz sicut euangelista testatur: venit iesus in nazareth vbi nutritus fuerat: et intrauit fm consuetudinem die sabbati in synagogam et surrexit legere et traditus est ei liber Isaie prophete quē vt aperuit inuenit locū vbi scriptum erat: Spūs dñi super me pptr qd vnxit me: et cū plicuisset librum reddidit ministro et sedit. Rursus pōtifex ad latus altaris vsq ad dcm offertorium morat: vt dcm̄ ē sub ti. qualr eps vl sacerdos. ¶ Sequitur videre vñ oratio dicat: et vnde orōnes originē habuerunt. Et quidem dicitur oratio ab orādo eo q per eā a pplo hōs corporis et sic orando perunt: licet. n. dñs sciat quibus egemus: orare tamen debemus put dicetur sub orōne dominica. orat. n. sacerdos p bonis vt assint: et pro malis vt absint Designant aūt orōnes in apoc. per fumū aromatū qui ascēdet in ꝯspectu dñi manu angeli. Christus enī verus hō ppter nos passioni deditus: cuius illa vox ē: holocausta enī p delicto non postulasti tūc dixi ecce venio: semper pro nobis orabat: qz fm aplm Exauditus est in oibus p sua reuerentia. ¶ Qualiter verba orōnum intelligenda sint videamus. Et quidem qd in quibusdā codicibus continetur p sit huic vel illi sancto talis oblatio ad gloriam et honorem sic intelligi debet q adhoc psit vt illi magis ac magis in sedelibus glorificet aut etiā honoret in terris: extra de celebr. mis. cum marthe. ppe finē. Cū enī ipsi sint perfecte beati oia eis in celis ad votū succedūt. vnde nō egent nostris orationibus: imo iniuriam facit martyri qui orat p martyre. lz plerique repute͂t non indignū sanctorum gloriam posse vsq in diem iudicij augmentari: et ideo ecclesiam interim rite pro posse augmentationem glorificatiōis eorum optare. Qz autem post finem orationis subiungitur per dominum nostrum iesum xpm: illud significat qd ipse in euāgelio dicit. Quicquid pecieritis patrē meū in noie meo fiet vobis. Orat enim sacerdos ad deum patrem vt per filium suū

dominus noster est equaliter sicut pater: oratio perficiat in hoc. Hinc. n. est q oīs orō generaliter ad patrē dirigit̄ ꝛ terminatur in noīe filij. Nō. n. per aliā viā ad nos eterna dei bñficia a pñe decurrere q̄ per eū qui est mediator dei ꝛ hoīuꝫ hō xp̄s ihs. io. di. qm̄ sicut per mediātē crystallū mittit̄ ignis in escam superpositā a sole longinquo. Et sumptū est hoc de epl̄a ad romanos vbi dr̄: Gloriemur in deo per dn̄m nostꝝ ihꝫ. nemo. n. vadit ad patrē nisi per me. Et ipse alibi dicit. Si qd petieritis patrē in noīe meo dabit vobis. ¶ Et nota q ihs est ꝑpriū nomē put dictū est in ꝓhemio scde partis. Quod vero sequit̄. qui tecū viuit ꝛ regnat in vnitate spūs sci ꝛc. ita potest itelligi in vnitate spūs sancti: hoc est vna cū spū scō. nā pater ꝛ filius ꝛ spūs scūs sunt vnū. Uel in vnitate spūs sancti hoc est in spiritu sancto: qui est vnitas pris ꝛ filij: ꝛ amor ꝛ cōnexio vtriusqꝫ. Possunt et̄ sic exponi pmissa ꝟba p dn̄ꝫ nr̄m ꝛc. vt sit sensus: O pr̄ exaudi p filiū tuū q h̄ vult ꝛ pōt: vult q2 viuit. pōt q2 regnat viuit inq̄ꝫ ꝛ regnat tecū in vnitate spūs sci. nō qdē viuit ꝛ regnat vt tyrān⁹ spū iniqtatis: sꝫ viuit ꝛ regnat de⁹ spū benignitatis. ¶ Qd vero seqt̄ Per oia secu. sec. vel ꝯsecutiue vl̄ antonomatice itelligi pōt. Cōsecutiue sicut generatiōes generationum quasi dicat: per oia secula seculoꝝ sibi inuicē succedētiuꝫ. dicūt̄. n. secula q2 sequunt̄: nā aliqs descēdentibus alia sequunt̄. Antonomatice sicut cātica cāticoꝝ ꝛ est sensus sicut ante oia secula filius cuꝫ patre in vnitate spūs sancti in deitate vixit ꝛ fuit: ita ꝛ in p̄senti seculo ꝛ in futuro: vbi iusti cū sanctis angelis permanebūt: ꝛ iniusti cū dyabol cruciabunt̄ crediē equalr̄ viuere cū patre ꝛ spū sancto: ꝛ nullo fine ꝯcludi: ꝛ seqt̄ amen: qd verbū optātis vel affirmātis ostendit affectū vel ꝯsensum vt p̄missum est. populus. n. assentiens voci sacerdotis qui dixit per oia secula seculoꝝ: assentit q seculū per eū creatum est. Unde in fine psalmoꝝ vbi nos dicim⁹ fiat fiat. hebreus dicit amē amē. Et xp̄s in euāgelio sepe dicit amē amen. i. vere dico vobis. Respicit ergo ad formā orōnis vt qd oratur optetur: vl̄ ad modū ꝯclusionis vt qd ꝯcluditur affirmetur. verbi gratia cū sacerdos orās dicit: Da nobis q̄sumus dn̄e salutē mētis ꝛ corporis: pplus r̄ndet amen. idest fiat: ꝛ cū sacerdos concludit: qui tecū viuit ꝛ regnat in vnitate spūs sancti deus per oia sec. secu. ppl̄s affirmando r̄ndet amen. i. verū est. vel amē iterp̄tat̄ veritas vt in apo. hoc dicit: amē testis fidelis. de hoc dictū est in p̄cedenti tractatu. ¶ Circa terminationē collectaꝝ notādū est q in eis q̄nq3 dirigit̄ sermo ad patrē: q̄nq3 ad filiū: q̄nq3 ad spm̄ scm̄: ꝛ q̄nq3 ad totā trinitatē. Si sermo ad soiū patrē dirigit̄ nō habita mentiōe de filio neqꝫ de spiritu sancto. tunc dr̄ in fine Per dn̄m nostꝝ iesuꝫ xp̄m filiū tuū qui tecuꝫ vi. ꝛ regnat in vnitate spūs sancti deus per oia secula secu. sine. per eundē. ꝛ eiusdēꝫ: vt in illa orōne. Protector in te sperantiū ꝛc. Si vero fiat mētio de filio vel de spū sancto refert an ante finalem parteꝫ orōnis an in fine ipsius fiat mentio de filio. Si vero dirigitur ad patrē habita mētiōe de filio ante finē tunc dr̄ in fine p eundem dn̄ꝫ nr̄m ꝛc. vt in illa orōne. Deus qui de beate marie ꝟginis ꝛc. Si in fine tunc subijcit̄ imediate. qui tecū. sine per eūdeꝫ. ꝛ eiusdē: vt in illa collecta sancti Stephani. Omnipotens sempiterne deus qui primitias martyꝝ. Et in illa. Deus qui salutis eterne. Uel dn̄m nostrum iesum xp̄ꝫ. sine per: vt in illa collecta. Deus qui nos redēptiōis: que dicitur in vigilia natalis: ꝛ in illa. Illumina q̄sum⁹: que dr̄ in epiphania: vel iesus xp̄s dn̄s noster: vt in illa: De⁹ qui ad eternam: que di feria tertia post pasca: ꝛ in secreta illa. Ipsi tibi: que dr̄ in cena dn̄i. Si vero in orōne que ad pr̄eꝫ dirigit̄ fit mētio de spū sancto. dr̄ in fine. per dn̄m nostꝝ: sꝫ tūc dr̄ ibi. i vnitate eiusdeꝫ spūs sci. de⁹ vt in illa: De⁹ q corda fideliū. ꝛ in illa. Assit nobis q̄sumus ꝟtus spūs sancti ꝛc. Qz si fiat ibi mentio p̄mo de spū sancto ꝛ postea de filio: tūc subijcit̄ in fine imediate. qui tecū: vt in illa oratiōe. Mentes nostras quesumus dn̄e paraclitus: ꝛ in illa. Ure igne ꝛc. ¶ Rursus qn̄ ad patrē dirigimus sermonē orā do vt ipse det nobis spūm viuificandi vel hmōi tunc di. per dn̄m. sine. per eundē vel eiusdē: vt in illa oratione que dicitur in bn̄dictione cineꝝ. Deus qui humiliatiōe ꝛc. ꝛ in illa que dr̄ in bn̄dictiōe fontis. Omnipotens sempiterne de⁹ respice ꝛc. si aūt sermo ad filiū dirigat̄ vt in illa oratiōe. Excita dn̄e potentiā tuā ꝛ veni. ꝛ sil̄r in alijs collectē de aduētu dn̄i ꝛ in illa. Deus qui ꝟginalē aulaꝫ: ꝛ tūc dr̄ in fine. q vi. ꝛ regnas cū deo p̄re in vnitate spūs sancti deus ꝛc. Et si fiat ibi mētio de patre tūc dr̄ q cū deo p̄re ꝛc. vt in illa orōne canonis. Dn̄e ihesu xp̄e fili dei ꝛc. Si vero sermo dirigitur ad spm̄ sanctū dicūt qdā q tūc di in fine. qui cuꝫ patre ꝛ filio viuit ꝛ regnat deus ꝛc. Uerūtamē oīs orō dirigitur ad patreꝫ vel ad filiū ꝛ nulla ad spm̄ scm̄: q2 spūs scūs ē donuꝫ: ꝛ a dono nō petit̄ donū: sed poti⁹ a largitore doni. Petitur ergo a patre ꝛ filio: ꝛ ad eos sermo dirigit̄ tanq̄ꝫ ad donatoreꝫ: ꝛ nō a spū scō qui est donū. ꝛ p̄cedit ab vtroqꝫ procedit. Si aūt ad totā trinitatem sermo dirigitur tunc dr̄ in fine. per dn̄m. sine per eundē ꝛ eiusdē: vt in illa orōne canonis. Suscipe sancta trinitas: ꝛ in illa que dr̄ in fine misse. Placeat tibi scā trinitas. in qbus di. per xp̄m dn̄m. qd succedit in orōnibus in locuꝫ. per dn̄m nostrum. causa breuitas. Idemqꝫ est in oratione que ad deuꝫ patrem dirigitur de eo mentio fiat: vt in illa. Omnipotēs sempiterne deus qui dedisti famulis tuis: tunc dicūt qdam. qui viuis ꝛ regnas deus per oia secula seculorum. Alij vero itelligētes q oratio ipsa ad deū filiū dirigatur. dicūt tūc. qui viuis ꝛ regnas in vnitate spūs sancti deus per omnia secula seculorum. ꝛ in illa orōne. Fideliū deus oīuꝫ conditor. tota nāqꝫ trinitas conditor ꝛ redēptor est. licet xp̄s ꝑprie sit redemptor. Potest et̄ dici q orō que ad trinitatē dirigit̄ ꝯcludit̄ fine aliq̄ personaꝝ distinctiōe: sic. qui vi. ꝛ re. deus per oia sec. secu. Uel ꝯuertat orās sermoneꝫ ad se vel ad pplm̄. d. quod ipse p̄stare dignetur: ꝛ sic etiaꝫ cōcludit̄ in orōnibus bn̄dictionalibus. Sane in oratiōe in qua sermo dirigitur ad caput ecclesie. vr̄ dbere dici. qui viuis ꝛ regnas. cū xp̄s sit caput ecclesie: extra de sacra vnctione. c. i. sed non est ita. Tota nāqꝫ trinitas est caput ecclesie: nō tñ dici debet. p dn̄ꝫ nostrū. In exorcismis vero ad expellendum demonem aliter dicitur: quoniam in aque benedictione dicitur. per eū qui venturus est iudicare viuos ꝛ mortuos: ꝛ seculum per ignem. Similiter ꝛ in cathecismis dicitur. qui venturus est ꝛc. q̄ cito enim diabolus audit christum eē venturum iudicare seculū p ignē fugit. timēs iudiciū ignis: q2 scit se post diē iudicij eterno igne ꝯmēdū. Eadē quoqꝫ rōne di p̄t magr̄ Gilbert⁹: q orōnes i exequijs mortuoꝝ dbēt sic nō finiri. cōis tñ vsus ecclesie ꝫ vt dicat̄. p dn̄m nr̄m ꝛc. in illa tñ orōne. Fideliū de⁹ oīuꝫ ꝯditor. dꝫ dici q viuis ꝛ regnas ꝛc. vt p̄missuꝫ ē. Et aduerte q orōnes in laudib⁹ in missa ꝛ in vesperis: sub eodē ꝛ solēniori tono dnr̄ p eo q ille hore solēni⁹ ꝛ festiui⁹ in ecclia dicunt̄. in alijs ꝟo horis ꝛ officijs alius ton⁹ min⁹ solēnis seruat̄: nō q2 min⁹ solēniter dicunt̄: tñ q2 ille ad aliū referri pn̄t signatū. Oīb⁹ aūt orōnib⁹ p̄ter q̄ exorcismis p̄mittit̄. orem⁹. nō tñ semp. dn̄s vobiscū. vt dictū ē in p̄cedēti ti. ¶ Seqt̄ videre q̄re orōnes q̄ circa principiū misse dicunt̄: collecte vocant̄. Et qdē iō q2 sacerdos qui fungit̄ legatiōe ad deū p pplo. in eis petitiōes oīuꝫ in vnū colligit ꝛ ꝯcludit: vt eas ad dn̄ꝫ referat. ꝑprie tñ dicuntur collecte q̄ sup collectū pplm̄ dicunt̄: puta in ꝓcessiōib⁹: vl̄ dū colligit̄ ppl̄s ad stationē faciēdā: vt de vna eccl̄ia procedant ad alterā. lꝟ. di. qm̄. de ꝯse. di. i. ꝯuenit. In vrbe nāqꝫ qlibet ecclesia statiōalis hꝫ aliquā ecclesiā sibi vicinā in qua colligitur populus die stationis: ꝛ ibi dicitur collecta super populum collectum: ꝛ inde omnes simul ad ecclesiā in qua fit statio accedūt. Unde in concilio agathen: de cōse. dist. i. conuenit in fine: dr̄ q plebs collecta oratione ad

vesperam dimittatur ab epo cū benedictione. 7 est sumptū
h nomē de leuitico vbi scenophegia que est vltimū festorū
legaliū collecta vocatur: p eo q in fructuū collectōe fiebat
7 figurabat futurā operū nostrorū collectionē cuz dicit. Ec
ce ho 7 oia opera eius cū eo. ¶ Orationū varij fuerūt do
ctores quarū numerus 7 varietas in tm excrescebat: q octa
uum affricanū ↄciliū ↄstituit vt nulle preces vel orationes
vel misse vel pfationes vel cōmendationes vel manuū iposi
tiones dicant: nisi in ↄcilio fuerit approbate. Ergo gelasi⁹ pa
pa toni a se q ab aliis cōpositas preces di ordinasse. Bea
tus gregorius seclusis his que nimia vel icōgrua videban
tur. rōnabilia coadunauit: ↄgrua multa nihilominus per
se necessaria supaddens. ¶ Cetery gdā modū 7 ordinē exce
dentes in tm orationes multiplicant: vt auditoribus tan
tuz tediū generēt 7 fastidiū: quasi deus vt hō vboy multi
tudine flecti possit: vt pmissum est de cō. di. 5. nō mediocri
ter. cū contra Jsaias dicat. Cū multiplicaueritis oratiōes
vestras nō exaudiā: 7 dñs in euangelio dicat. Cū oratis no
lite multū loq sicut ethnici faciūt. Putant. n. in multiloqo
exaudiri: Vn cū ei dixissent apli. Dñe doce nos orare: com
pendiosam eos orōnē docuit. Pater noster 7c. Huiusmedi
ergo orōnis formā sequētes sacerdotes in missa septenariū
orōnis numerū nō excedūt. Naz xps septē petitōib⁹ oia cor
pori 7 aie necessaria comprehēdit in illis: put sub eo dicet.
q vero numero deus gaudet ipari. gdā obseruāt vt impa
res dicāt in missa orōnes: vz vel vnaz tm sicut vna epistola
vel vnū euangeliū dicunt: 7 iste numerus est ordinari⁹: vl
tres vel quinq vel septē. Vnā ad designādū fidei vnitatez
vel vnitatis pacem. Tres ad significandū mysteriū trinita
tis: 7 q xps ter in passione orauit dicēs. Pater si fieri pōt
trāseat a me calix iste: Quinq ad designādū qnq plagas
xpi: seu in quinq partitā xpi passionē. Septē ad designan
dū spm grē septiformis seu septē dona spūs sci. deus. n. di
uisionē 7 discordiā detestat. Unde cū ceteroy diey opibus
bñdiceret opibus tm scdē diei bñdixisse nō legit: eo q bina
rius numerus pmo ab vnitate recedebat. 7 ab eo ceteri di
uisibiles numeri originē sortiunt 7 ipar numerus mūdus
est. 32. q. i. nuptie. ¶ Et nota q in summis festis tm nō dici
tur vna collecta: nisi forte eadē die aliud festum occurrat.
¶ Sciendū quoq est q totidē collecte 7 eodē ordine dici de
bent in secretis post cōionez. quot pcesserunt ante eplam in
exordio misse. nec plures nec pauciores. finis namq debet
suo pncipio: 7 qlibet post cōionē collecte 7 secretelle pceden
tibus ↄuenire. Cauendū est et q si collecta p defunctis in
termisceat in missa que di pro viuis: nō finalis sz penulti
ma vel antepenultima dicat: q finis dz ad suū pncipiū re
torqueri: de cō. di. i. epis. Semper. n. faciēda est memoria p
defunctis: put dicet sub. io. particula secrete sup vbo. Me
mēto et dñe 7c. q et viuoy 7 et sanctoy in quoy honore ce
lebrant qui vita glie viuūt auxilio egēt. Sed in missa p d
funcis intermisceri nō dz collecta p viuis: et vt gdā dicunt
illa cōis. De⁹ q viuoy dñaris 7c. ab Aug. ↄposita. ad notā
dū q defuncti iuuare nequeūt viuētes in hac vita: nec etiā
iplorat eternā vitā: sz ipsi iuuari valeāt ab vtrisq. Jn mis
sa tm p defunctis pōt vt gdā dicūt esse penultima collecta
de sanctis 7 ecōuerso. Innocē. papa prim⁹ ↄposuit qttuor
collectas p mēse septēbri. Innocēti⁹ vo papa terti⁹ cōpo
suit illā. a cūctis nos qsum⁹ dñe mētis 7 corpis dfende 7c.
Jn ecclia lateranē. nūq di orō: sz in missa 7 in oibus horis
loco orōnis alta voce pnūciat orō dñica: que i no. testa. pri
ma orō fuit. Nā 7 in pmitiua ecclia sic fiebat. ¶ Sane pō
tifex seu sacerdos dū orare seu orōnē dicere icipit man⁹ ele
uat 7 extēdit. iuxta illō Manus missas erigite 7 genua de
bilia roborate: 7 romano pōtifici 7 et aliis epis in multis ec
clesijs ministri astātes eleuatas man⁹ sustētāt que manuū
eleuatio a lege sūpsit exordiū. Legit. n. Exo. 16. c. 7. 36. dis.
si gs. q cū israel pugnaret aduersus amalech i dserto moy
ses ascendit super verticem collis. Cumq leuaret man⁹ vin
cebat israel. si vero paululū remisisset: amalech populū supe
rabat. Aaron aūt 7 Hur sustētabāt manus eius ex vtraq
parte: Legitur et. 3. Re. ca. 8. q salomō stetit ante altare dñi
in ↄspectu ecclesie israel: 7 expādit man⁹ suas in celuz orās
pro pplo: 7 Gen. 4. Leuo manū meā ad dñm deū excelsuz.
Eleuatio aūt ipsa repraesentat q xps eleuatis manibus fe
rebat in celū. vel eleuat manus ad istar saluatoris in cruce
pēdētis. Vñ illud. Eleuatio manuū mearū sacrificiū vespti
num. Extētio vero manuū iō fit. Nā xps cū expādisset ma
nus in cruce pro persecutoribus orauit dicēs. Pater mi di
mitte illis q nesciūt qd faciūt. moraliter istruens: q xps
semp paratus est recipere penitētes. Juxta illud qd ipse p
misit: Ois q vēit ad me nō eiciā foras. Quidā tm pfidi heri
ci derident hmōi manuū extētionē pp illud Jsa. Cū exten
deritis manus vestras auertam oculos meos a vobis.

¶ De epistola. Rubrica.

ORatione finita di epistola q significat doctrinā
aploy: elegāter aūt illā pcedit orō: q le
gitur Luce. io. ca. Rogate dñm messis
vt mittat operarios suos in messem suaz.
¶ Sane epla grece latine supmissio vl
supererogatio di ab epi qd est supra. 7
stolon missio. missa. n. est ab aplis supra legem moysi super
psalmos 7 pphetas supra euāgeliū. sicut 7 pphetie supra
legē: vnde 7 littere de vna psona ad aliā misse appellātur.
eple. s. supra misse qsi misse supra seu preter id qd refert nū
cius viua voce: sicut 7 apls supra id qd dixerat ephesijs 7 co
rinthijs 7 alijs epistolas mittebat. Legi debet epistola sm
magistrum petrum antiosidorēn. in dextra pte ecclesie: q xps
pmo venit ad iudeos qui dicebantur in dextra esse. Meli⁹
tm sit in medio ecclesie pro eo q Joannes fuit medius inter
apostolos 7 prophetas vt iā dicet. Di quoq epistola in lo
co inferiori. euāgeliū in superiori: 7 supposito pāno de quo
sub euangelio dicet. Pmittit aūt epla euangelio. Epla
namq designat officium qd Joannes ante xpz exercuit q
precivit ante faciem dñi parare vias eius: sicut ipse testatur
Ego vox clamantis in deserto parate viā dñi. Joannes er
go quasi subdyaconus 7 subminister illius qui de se dicit.
Non veni ministrari sed ministrare. Unde sicut pdicatio
Joannis precessit predicationē xpi: ita epistola euangeliū
pcedit. Gerit quoq epistola figuram legis 7 pphetie: que
xpi aduentū pcesserunt: sicut ipsa euangeliū precedit. Pre
cessit quidem lex euangeliū: sicut vmbra lucez: sicut timor
charitatē 7 initiū perfectionē. ¶ Sane subdyaconum epi
stolam lecturum vnus tantum comitatur accol. eius: q pre
dicationem Joānis pauci secuti sunt: qsi lex neminem ad
perfectionem ducit: sz dyaconum euangelium lecturū: tam
subdyaconi q accoliti 7 ceteri comitantur: q predicationē
euangelii que perfectionem facit plurimi susceperunt. Di
ci et potest q per subdyaconi ad legendū pcessum: duplex
xpi manifestatio per duplicē eius aduentū significat: quo
rum pmus vnū tm habuit precursorē. s. Joannem qui per
subdyaconū precedētē significat. Scds duos habebit. vz.
Enoch 7 Heliā qui per duos vel per plures pcedētes dyaco
num figurant. Facies aūt eplam legētis respicere dz alta
re qd xpm significat: q Joānis pdicatio se 7 alios dirige
bat in xpz: de cuius vultu iudiciū 7 eqtas pcedūt extra vt
eccle. hñ. vt nrum. Js vo qui pcedit subdyaconū euntē le
gere nō vertit faciē ad legentē: q Joānes nō ad se audien
tes: sz potius ad xpm dirigebat: sed qui dyaconū euntez le
gere pcedebant nūc respiciūt ad euāgeliū 7 ad faciē recitā
tis. Primo vt ex mutua vtriusq ispectione amor 7 chari
tas xpi notet qui in euangelio pdicat. Scdo vt se et conte
stes euāgelice doctrine ostēdāt: sicut legit in Jsa. Vos estis
testes mei dicit dñs. Q2 vo Joānes fuit limes pcedētiuz 7

subsequentium: medius inter apostolos et prophetas. Nā lex et pphete vsqꝫ ad Joannē: et ex eo regnū dei euangelizaꝛ: ideo epl'a nec semꝑ legiꝛ de pphetis nec semꝑ de apostolis: sed interdū sumiꝛ de veteri testō: interdū de nouo. Joannes.n. cuius vocē representat epl'a cū antiqs xp̄m pdixit futurū dicens. Qui post me venit ante me fact⁹ est: et cū modernis xp̄m ostēdit presentē dicens. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. Interdū ergo sumiꝛ de aplis: qꝛ licet eoꝝ doctrina nō precessit euāgeliū: tñ ad vitā actiuā referꝛ sicut lex et pphetia. et interdū de veteri testō: raro tamen: qꝛ velū tēpli scissum: nec ponēdū est añ oculos velū. Epl'a tñ nō legiꝛ ōnqꝫ libris Moysi qꝛ i illis tēporalia pmittebanꝛ. In cuius signū lectiōes de illis sumpte terminanꝛ in grauē accentū: vt iam dicꝛ. ¶ Cōsiderādū autē est qꝫ qñ lectio vel epl'a de libris moysi vel salomonis sumitur: nomen eoꝝ reticeꝛ: vt dicꝛ in phemio sexte ptis. Itē in epistolis que sumunꝛ de pphetis vel de actibus aploꝝ siue de apocalipsi poniꝛ in principio hec oratio. In diebus illis: et in fine dr: ait dñs oipotens: eo qꝫ in libris illis hoc sepe scriptū inueniꝛ. Eadem et rōne dr in epistolis Jacobi et petri. Charissimi et in epistolis pauli. Fratres: et In xp̄o ihu dño nostro. In epl'a tñ ad hebreos dicūt qdam nō debere apponi. Fratres: eo qꝫ apls suspectus erat hebreis: sꝫ melius est vt apponaꝛ iqñ qdam boni erant inter eos vt ipse eos in quodā loco eiusdem epistole vocat fres. Propter premissam et cām dicꝛ in euangelio. In illo tpe: proprie tamen loquendo nulla epistola est de veteri testō: sed ille lectiones vocanꝛ. Porro licet in epistolis que de apoc. legūtur dicaꝛ. Lectio libri apocalipsis beati Joannis apostoli: in qbusdā tamen ecclesijs et epistolis taceꝛ illud verbū beati. Certū est.n. qꝫ beatus Joannes precipue fuit inter oēs apostolos a xp̄o dilectus: Dilectio aūt dei bonos nos efficit: qꝛ beatus quē elegisti et assumpsisti. Hac ergo ꝯsideratione cum sicut ceteros sanctos superuacuū est beatitudis titulo sanctū ostendere: et solem quodāmodo facibus adiuuare. 6. q. c. oia: cum ipse velut titulus per se patens effectū beatitudinis. s. dilectionē dei euidenter pre ceteris sit sortitus. ¶ Ceteꝝ nullus debet epistolam solēniter in ecclia legere nisi sit subdyacon⁹: qui si forte defuerit dicaꝛ a dyacono: de quo dcm̄ est in scd'a pte sub ti. de subdyacono et de dyacono: vel et a sacerdote. Meli⁹.n. est vt sacerdos etiam missam cātans illā legat qꝫ si ab accolyto vel alio īferioris ordinis legaꝛ. Circa hoc aūt notandū est qꝫ ppli instructio fit per vbū dei qd quidem a deo per eius ministros ad populum puenit: et iō ea que ad plebis instructionē ptinent nō a sacerdote sed a ministris dnr. Ministeriū tñ vbi dei triplex est. Primū auctoritatis: qd cōpetit xp̄o qui minister dr: ad Romanos. 20. Erat.n. sub pñte docens. Scdꝫ manifeste veritatis: qd cōpetit pdicatoribus noui testamēti: de quo dicꝛ in scd'a Corinth. 3. Qui et idoneos fecit ministros. Tertiū figurationis: qd cōpetit pdicatorib⁹ veteris testamēti: iōqꝫ doctrinā xp̄i pponit dyaconus. Doctrina vo pdicatoꝝ veteris testamenti pponiꝛ per subdyaconos: nec obstat qꝫ aliqñ per eos legiꝛ loco eple aliqd de ipso veteri testō: qꝛ pdicatores noui testamēti et vetus predicant. Ceteꝝ doctrina predicatoꝝ veteris testamēti nō semꝑ legitur: sed illis dieb⁹ qb⁹ pcipue ꝯfiguratio noui et veteris testamenti dsignaꝛ: vt in ieiunijs qttuor tēpoꝝ: et qñ aliqua celebranꝛ: que in veteri lege figurata sunt sicut passio: natiuitas: baptism⁹ et aliqd hmōi: et qm vtraqꝫ doctrina ordinat ad xp̄m et eoꝝ qui pcibant: et eoꝝ qui sequebanꝛ nō doctrina xp̄i postponiꝛ quasi finis. Cū aūt dr epistola: genua non flectimus: cū ad nouū ptineant testm̄: inimo sedemus: qꝛ doctrina in silētio et qete audienda est. Usus etiā sedendi a veteri testō assumiꝛ sicut in esdra legiꝛ. Milites tñ stare ꝯsueuerūt qñ epistole pauli leguntꝛ in honorē eius qꝛ miles fuit: vñ in signū militie sue depingiꝛ cum ense in manu: vel ideo qꝛ ipse suā predicationē euangeliū nominauit. ¶ Et est sciendū qꝫ nūqꝫ in quadragesima legiꝛ epistola pauli: nisi tñ i cena dñi: que ad nouū ptinet testamētū. ¶ Sanc lectiones apostolicas et euāgelicas: qs primo añ sacrificiū dici debere statuit nō oino certū est. Crediꝛ tñ qꝫ primi successores apostoloꝝ eo qꝫ in illis eadē sacrificia celebrari iubenꝛ. ¶ Queriꝛ aūt quare pphetias voce inferius deflexa: euangeliū vo ac epistolā vocē exaltando finimus. Rñdeo per pphetiā que est de veteri testamento synagoga que inclinata est et cecidit intelligiꝛ: ideoqꝫ inclinādo vocē et quasi cadendo pphetia finiꝛ. Hinc et est qꝫ synagoga depingiꝛ quasi fracta hasta vexilli: per euangeliū vo et epistolā ecclesia militās representaꝛ que exaltata est: et iō illa cū exaltatiōe vocis finiūtur. Preterea in veteri testa. temporalia et caduca pmittebanꝛ: in cuius figura lectiōes in grauē accentū terminanꝛ. In nouo vo testamēto spūalia et eterna in cuius rei signū euāgeliū et epistola in accentum terminanꝛ acutū. Quedam tñ lectiones de ve. te. sumpte que in officio misse pro epistolis sepe leguntꝛ in acutum terminātur accentū: et sub tono epistolari leguntur: cū.n. tunc in locū epistole succedant: merito et quo ad hoc: et quo ad nomen illarum debēt imitari formam.

¶ De reuerētia post lectam epistolā faciēda. Rubrica.

POst lectam epistolam subdyaconus cum accolyto ad sacerdotē accedit illud īsinuās qꝫ Joannes cū audisset in vinculis opa xp̄i misit duos ex discipulis suis nō credētes xp̄m eē messiam vt īterrogarēt illum. Tu es qui vēturus es an alium expectamus. Et rñdēs ihs ait illis: Eūtes annūciate Joāni que vidistis et audistis. Ceci vidēt zc. vt dicꝛ in. 6. pte sub tertia dñica aduētus. Quis vo illi per visa miracula cognouerūt hūc esse de quo eoꝝ magister predixerat. Qui post me venit añ me factus est: cuius nō sum dignus soluere calciamēta sua: ideo pronus ad pedes calciamentum romani pōtificis subdyaconus osculatur. Preterea qꝛ dextra dñi fecit virtutem: ideo subdyaconus in quibusdā ecclesijs osculaꝛ dextrā sacerdotis. Adhuc lecta epistola subdyaconus librū clausum epō representat: ipse vero supra illum manū pōit quā subdyaconus osculaꝛ. Nempe episcopus xp̄m figurat: cui clausus liber representaꝛ ad designādum qꝫ solus christus potuit aperire librū et soluere signacula eius in quo et ipse christus: et ei⁹ mysteria clausa erāt donec cepit ab ipso christo per predicatiōē euāgelij aperiri. Christus autem legem in qua clausus tenebatur opere impleuit: qui nō venit legem soluere sed adimplere: quod significat manus impositio super librū. Manus.n. opus significat. Ipsa quoqꝫ manus positio significat desideriū et promissionem credēdi et opere complendi que lecta sunt: Quia vo nemo accipit benedictionē in lege promissam: nisi qui cū amore: qui per osculū designaꝛ: opere pficit quod sermone alios facere docet: ideo ad hoc designādū subdyacon⁹ bñdictionē accepturus manū epi osculatur. ¶ Rursus qꝛ pōtifex vt premissum est xp̄m representat: subdyaconus et ceteri debēt ei actus suos humiliter subdere: et ab ipso bñdictiōis grām postulare. Unde in euāgelio: Cum oia bñfeceritis dicite. Serui inutiles sum⁹: quod debuim⁹ facere fecimus: et subsequēter eps vl' sacerdos subdyacono bñdicit qꝛ et xp̄s cōmēdauit Joānē dicēs: Quid existis videre in deserto pphetā: et dico vobis plusqꝫ pphetā: Amē amē dico vobis: Inter natos mulierū zc. Subdyacon⁹ ꝗ post finē: dyaconus vero ante pncipiū lectiōis ad sacerdotes accedit et exhibet reuerētiā: qꝛ lex finē accepit in xp̄o: sꝫ euāgeliū originē sumpsit ab ipso: nā lex et pphete vsqꝫ ad Joānē: euāgeliū xp̄i et eple post Joānem. In missa vo pro defunctis subdyaconus lecta epistola non venit ad osculū manus: tum quia ibi cessat ratio supradicta: tum quia in

illa missa quelibet solemnitates subtrahuntur.

¶ De sessione sacerdotis vel epi ꝛ ministroꝝ. Rubrica.

Oratione finita sacerdos seu epūs sedet. ¶ Et est notādū q in misse officio tribus vicibus sedet: vʒ dū epistola legitur: de quo infra. de mutatiōe sacerdotis dicetur: ꝛ dum responsoriū ꝛ alleluia cantantur: significans tres dies quibus dn̄s sedit hierosolymis in tēplo in medio doctoꝝ audiens ꝛ interrogans illos. Sedens aūt stat ꝯuersus ad ppl̄m vt ostendat potestatē sibi a deo esse datā q possit speculari ꝛ superintēdere qui stant in ecclesia humiliter qui supbe: aie.n.ei commisse sunt: ꝛ de illis ē ratiōnē redditurus deo. Sedet etiā in loco eminētiori vt q̄si vinitor custodiat vineā suā ꝛ populo supintendat: nā ꝛ dn̄s in alta poloꝝ sedēs custodit ciuitatem suā. ¶ Porro oratio que dicitur ante epl̄am ꝓusq̄ sacerdos sedeat specialiter significat tp̄s illud quo christus in celū ascensurus apl̄is benedixit. Sessio vero que sequitur significat christi sessionē post ascensionē ad dextrā patris: sedes quippe victoris ē. Vn̄ sessio sacerdotis victoriam christi designat: vt dicet sub ti. de mutatiōe sacerdotis. Sessio ministroꝝ significat sessionē ipsoꝝ qbus dicit̄ Sedebitis vos sup sedes iudicātes .xii. trib⁹ israel. s. illos qui in celestibus iā regnāt. Qui vo in choro laborāt illos qui adhuc in mūdo pegrinant̄. Vn̄ lectores ꝛ cantores ad officiū surgētes negociū dei agūt: quibus dr̄ negociamini dum venio. Quidā ergo ministroꝝ cū epo sedēt: p quos xp̄i mēbra in pace iā quiescentia ibi intelligunt̄ de qbus apostolus. Cōsedere fecit nos in celestibus in xp̄o: aut illi qui iudicabunt .xii. tribus israel: alij vo stāt per quos christi mēbra adhuc in certamine posita intelligunt̄. Nempe pontifice sedēte in qbusdā ecclesijs candelabra mutant̄ de locis suis ꝛ collocant̄ in ordinē vnius linee a primo vsq; ad altare: ad notandū q de plenitudine xp̄i oēs accepimus in spūs vnitate: sed grāꝝ varietate: diuisiones. n. sunt grāꝝ idē aūt spūs de ꝯse. di. 4. cū oi. Spūs. n. a primo cereostato seu cādelabro. i. a christo pcedens ꝛ vsq; ad altare. i. electoꝝ corda perueniens alternatim in mēbris dona variat grāꝝ. Et momento q accolyti deponūt candelabra in terram: q̄m post peracta pdicatiōis officia per humilitatem agnoscūt q sunt puluis ꝛ cinis: sicut dixit Abrahā. Loquar dn̄o cū sim puluis ꝛ cinis. In romano ordinario legit̄ vt pontifex nō sedeat donec post p̄mā orōnem dicatur amen. Non ergo dʒ sedere vsq; ad lectionē: q̄m pcedens officium gratulationi de aduentu ꝛ operibus christi deputat̄. Epūs n. xp̄m venientē ꝛ operātē significat: ceteri ꝑsonas qui pibant ꝛ qui sequebantur ꝛ qui obuiabant representant.

¶ De graduali. Rubrica.

Post epistolā cantat̄ graduale seu rn̄sorium qd̄ ptinet ad opera actiue vite vt notet̄ nos operibus rn̄dere eis que in lectiōe audiuim⁹. s. predicationē Rursus q Joānes predicabat penitentiā dicēs. Penitentiā agite: appropinquabit. n. regnū celoꝝ. Et iteꝝ. Facite dignos fructus penitentie. Merito post epl̄am graduale sequit̄: qd̄ penitentie lamētū insinuat pp qd̄ in diebus pēthecostes de officio tollit̄: vt iā dicetur. Tertio iō post epistolā sequit̄ graduale: q2 post pdicationē Joānis discipuli secuti sunt xp̄m sicut Joānes euāgelista describit. Stabat inquit Joannes ꝛ ex discipulis eius duo: ꝛ respiciēs iesum ambulantē dixit. Ecce agnus dei: ꝛ audierunt duo discipuli eū loq̄ntē: ꝛ secuti sunt Jesum. Ad hoc cantus epl̄am comitat̄: q2 predicatiōes predicatoꝝ secuta sunt gaudiū ecclesie ꝛ dei laudes ꝛ preconia ꝯ credentiū ꝯuersione: q2 per graduale ꝯuersio de iudeis: per ꝓsum ꝯuersio de gentibus: per alleluia vtriusq; in fide letitia: per sequentiā ꝛ canticum victorie figuratur. Alia rō ponetur sub ti. de tractu. ¶ In qbusdā tn̄ ecclesijs graduale ante epl̄am cantatur ad notandū q predicator ꝓus opere ꝛ postea vbo debet docere. Dicitur aūt graduale vel gradale a gradibus. s. humilitatis significans ascēsus nostros de virtute in virtutē: sicut filij israel de mansiōe in mansionem pcesserūt: vt tādē videat̄ deus deoꝝ in syon. Vnde in deutro. Terra nostra monstruosa est. Nec terra est celestis hierusalē que per cogitationes celestiū habet̄. Cōuenit. n. graduali illi qui nec dum ascēdit de virtute in virtutē: sʒ adhuc in ꝯualle positus lachrymaꝝ: iā tn̄ ascēsiones in corde disposuit. Rectius ergo faciunt qui graduale non festiuis ꝛ modularis vocib⁹ efferūt: sʒ quasi cantū grauē asperum simpliciter potius ꝛ lamētabiliter canūt: tn̄ respōsorium per qd̄ ēt predicatio noui te. figuratur: alterius lectione ꝛ epl̄a: que significat predicationē veteris testa. canitur: vt si quis forte cordis auribus obturatis depressa ammonitione veteris testa. non excitatur: saltē excitata modulatiōe noui demulceat̄. Verūtn̄ ꝛ lector ꝛ cātor officiū suū impleturi gradū ascendūt: q2 doctor pfectione vite vulgū trāscēdere debet. 4. dist. statuimus. Potest ēt dici q per epl̄am Joānis: per graduale aploꝝ predicatio intelligat̄: per alleluia deuotio ꝛ letitia. ¶ Rursus per lectionē vetus: p cantum vo nouū intelligitur testa. Sic ergo cant⁹ suauior est lectione: sicut nouū testa. suauius est veteri. Secūdo dr̄ graduale a gradib⁹ altaris eo q in festiuis diebus in gradib⁹ cantatur sicut ꝛ alleluia: ad notādū premissos ꝯtutū gradus. In pfestis vero diebus in medio chori ante gradus altaris cantat̄ ad designādū q in corde qd̄ est in medio corporis premissos gradus fundare debem⁹. Tertio dī graduale q̄m apostoli post dn̄m gradiebātur vt iam dicet̄. ¶ Responsoriū vo dr̄ q2 versui vel epl̄e correspōdere dʒ: vt si in epl̄a agat̄ de gaudio ꝛ in rn̄sorio similit̄: si ibi ē tristitia ꝛ hic sit: ne possit nobis improperari qd̄ dn̄s dicit. Cantauimus vobis ꝛ nō saltastis: lamentauimus ꝛ non plorastis. Vnde apl̄s. Gaudere cū gaudentib⁹ ꝛ flere cū flentib⁹. Dicitur ēt rn̄soriū q2 choro rn̄dente illud incipiētibus cātatur: pp qd̄ significat vitam actiuā in qua sancti se adinuicem hortant̄ vt ad eternā ꝑueniant vitam. Potest etiā rn̄sorium ad rn̄sionē aploꝝ referri q̄m xp̄o vocante ꝛ dicēte. Venite post me: ipsi non tm̄ vbo sed opere rn̄derunt: q2 relictis oib⁹ secuti sunt eū: ꝛ gradiebant̄ post dn̄m discipuli post magistꝝ: de hoc dicet̄ in pꝛhemio quinte ptis. Significat aūt graduale seu rn̄soriū laborantes in hac vita: ꝛ iō non dī infra octauas pasce ꝛ penthecostes: p q̄s octaue nostre resurrectionis designantur: q̄n oīs laboris expertes erimus. Absterget deus oēm lachrymā ab oculis scōꝝ suoꝝ. Itaq; in graduale seminam⁹: in alleluia metemus. Versus rn̄sorij sic vocatur: q̄m de eo fit reuersio ad ipsum rn̄sorium ꝓut sub ti. de alleluia dicet̄. ¶ Rursus graduale bonum opus ꝛ vitā presentē in qua seminamus ꝛ a dn̄o peregrinamur significat: versus vero adiutoriū designat. Versus ergo post graduale canit̄ q2 adiutoriū nobis ē necessariū q̄diu in hoc ergastulo detinemur. Graduale plane incipitur ne nimis ꝟsus ascēdāt: in quo designant̄ q religiōem pp eius austeritatē ingredi metuūt: ꝟsus vero alte in quo designātur qui ieiunādo: orādo: ꝛ alia bona faciēdo ascendūt nō timentes carnē quā cū vitijs ꝛ ꝯcupiscētijs mortificant. Ad hoc q̄ncq; vn⁹ solus ꝟsum cātat ad monēduꝫ q quisq; secū fragilitatē suā tractet. Et quāq̄ graduū tenor ꝟsus alte nō incohetur. In quo ēt significātur hi qui ꝯsideratiōe ꝓprie fragilitatis qcqd agūt humiliter agūt: finito tn̄ ꝟsu vox fiducialiter exaltatur: in quo designatur q de misericordia dei ꝯfisi fiducialr oi sue actiōi insistūt. Cantat̄ aūt graduale a pfectis ꝓut in ti. sequēti dicetur. Porro rn̄soriū qd̄ in missa cātatur: nec pfecte nec imperfecte repetit̄: nec ei gloria patri subiūgitur: qd̄ tamen in respōsorio alia3

fit horaꝝ. Circa qđ attendendum est ꝙ alie canonice hore instituite sunt ad referendū deo laudes p diuersis bñficijs in illis horis ab eo receptis: hinc est ꝙ lectio in illis p'mo dr̄ in qua bñficiū vel ps eius in illa hora datū d'signat: post ea cantat rñsoriū: in quo laus bñficio correspondet: qz ergo laus reperi dz iux illđ apli. Gaudete in dño iterū dico gaudete. i. laudē deo dicite: iđ hmōi rñsorium repetitur. Sz ꝛ qz benefactori suo tenetur: deo ꝓ nihil aliud possum' nisi gloriam ꝛ honorē offerre: iđ in fine rñsoꝝ ꝛ cuiuscūqꝫ nocturni: vbi in lectionibus aliqđ beneficiū totū vel pars ei' est repetitū: referimus gloriā ꝛ gratiā trinitati. Responsorium aūt qđ in missa cantatur gratiā designat vt premissum est rñsionē aploꝝ christo eos vocante oia relinquentium. Quia ergo illi nihil retinuerunt p quo iterū eos vocari oporteret: ideo rñsoriū illud nullo modo repetitur: sz nec cū Gloria patri finitur: qz non ad gloriā sed ad luctū vocati sunt: dicēte dño in luca. Sicut misit me pater ꝛ ego mitto vos. ¶ Et nota ꝙ Greg. Ambro. ꝛ Gelasius cōposuerūt gradualia tractus ꝛ alleluia: ꝛ ad missam ea cātari statuerunt. Ceteꝝ qñqꝫ solū responsorium cantatur in missa: qñqꝫ solū alleluia: qñqꝫ rñsoriuz cū alleluia: qñqꝫ cuz tractu. qñqꝫ alleluia cū tractu: de quo dicetur in sexta pte sub ti. d. septez diebus post pasca.

¶ De alleluia. Rubrica.

Quia post luctū sequitur ꝯsolatio. Nam beati qui lugent qm̄ ipsi ꝯsolabuntur: iđ post graduale cātatur alleluia: qđ est letitie canticū ꝛ auditū ab angelis decantari: sicut legit in apocalipsi. ¶ Rursus qz ascensus de virtute in virtutē quos per graduale diximus significari sepe tediosi essent nisi gaudiū haberent admixtuz: sicut filijs israel multa incōuenientia acciderunt qñ de mansione in mansionē ꝓcesserunt: iđ post graduale cantatur alleluia. Thobie penul. Platee eius sternent' auro mūdo ꝛ cādido: ꝛ in vicis eius cātabitur alleluia. Est aūt alleluia la' angelicū sententia quidem breuis magnū ꝯtinens iubilū siue incitās ad iubiluz. Jubilat. n. ecclesia sciens ꝙ grādis restat via vsqꝫ ad montē dei oreb. qđ interpretatur mēsa timens ꝙ fideles obdormiātin fide ꝛ faciāt virtutū ꝯstellationem. i. lasciuiāt in temporalibus. Est aūt alleluia hebraicū nomē: vocabulū siqdē significās potius ꝙ̄ exprimēs ineffabile gaudium ab hac vita pegrināntiū: gaudiū. vz. angeloꝝ ꝛ hominum in eterna felicitate letantiū: qđ nec oculus vidit nec auris audiuit nec in cor hoīs ascendit. Cuius ꝟbi expositio sm̄ Innocentiū. z. ex. iix. psal. habetur: cui cū alleluia ꝑmittatur in ti. statim psalmus exponēdo ti. incipit Laudate pueri dñm: vñ sm̄ cū alleluia interꝑtatur laudate pueri dñm. Aug. ꝟo sic expōit al. i. saluū le. i. me. lu. i. fac. ia. i. dñe. Hieronymus sic alle. i. cātate. lu. i. laudē. ia. i. ad dñz. Greg. sic. alle. i. pater. lu. filius. ia. spūs scūs: vel alle. i. lux. lu. i. vita. ia. i. sal'. Magister petr' antiosidorēn. sic al. i. altissim' le. i. leuat' ē i cruce. lu. i. lugebāt apli. ia. i. surrexit. Petr' comestor dixit sup apo. ꝛ Aug. i glosa psalterij ꝙ alleluia ē ꝟbum iperatiui modi: ꝛ sonat alleluia. i. laudate. ia. idest vniuersalē: vel ia. i. inuisibilē. s. deū: quasi laus inuisibilis dei. Et qm̄ alleluia future beatitudinis qsi ꝓpriū est vocabulū merito magis eo tēpore. s. pascali frequētatur: quo xp̄s resurgēs eiusdē beatitudinis spem nobis tribuit ꝛ ꝓmissum: put ibi dicetur. Quod. n. alqs tēporibus cantaretur ad missaz olim ecclesie romane ꝯsuetudo nō erat: sed a beato Grego. ꝯstitutū: imo potius restitutū est. Nā cū prius tpe damasi pape fuisset eadē ꝯsuetudo defecerat. Hieronymus dicit ꝙ alleluia dicatur in missa tractū esse de ecclesia hierosolymitoꝝ. Canimus igitur alleluia post graduale cāticū vz letitie post luctū penitētie: sīmo oportet nitentes exprimere magnitudinē ꝯsolatiōis: que reposita est lugētibus Juxta illud: Beati qui lugēt qm̄ ipsi ꝯsolabūtur: iubilantes potius ꝙ̄ canētes vnāqꝫ breuem digni sermonis syllabam in plures neumas ꝓtrahimus: vt iocundo auditu mens attonita repleatur ꝛ rapiatur illuc vbi semꝑ erit vita sine morte: ꝛ dies sine nocte. Est ēt alleluia modicū in ſmone ꝛ multū in neuma: qz gaudiū illud magis est ꝙ̄ possit explicari sermone. Neuma. n. seu iubilus qui fit in fine exprimit gaudiū ꝛ amorē credētiuz: ꝛ quāta letitia ꝛ laus secuta sit per predicationē ꝛ fidē auditā. Juxta illđ. Audiuit ꝛ letata est syon ꝛc. ꝛ in cāticis. Exultauimus ꝛ letabimur in te. Quid sit neuma dicet in ꝓhemio qnte partis. Quando aūt dr̄ sequentia nō dr̄ neuma post alleluia ꝑut sub tit. de sequētia dicetur. Pōt ēt alleluia referri ad exultationē eoꝝ qui de miraculis xp̄i gaudebāt: laudātes dñz ꝛ dicentes. Quia vidimus hodie mirabilia ꝛ qz visitauit dñs plebem suā. Tunc. n. cātabatur in iubilo alleluia: qz oīs plebs vt vidit dedit laudē deo ꝛ gaudebat de vniuersis q̄ gloriose fiebant ab eo. Hinc est ꝙ a septuagesima vsqꝫ ad pasca non cantatur alleluia: qz tpe tristitie nō dz decantari carmē letitie: put ibi in ꝓhemio sexte ptis dicetur. Porro ꝙ alleluia interposito ꝟsu repetitur: ꝛ sic bis in missa dicitur: designat eterne vite gaudiū: ꝛ ꝙ interiecta letitia sancti geminā glorificatiōis stolā accipiēt aie vz ꝛ corporis. Nam sm̄ stolam mētis seu aie exultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis: sm̄ stolā carnis fulgebunt ꝛ tanꝙ̄ scintille in arun. d. de hoc dicetur in sexta pte sub sabbato in albis. Versus ergo nihil sinistrū aut triste sed totū iocūdū ꝛ dulce debet sonare: qles sunt illi. Dñs regnauit decorē indut'. Dominus regnauit exultet terra ꝛc. Jubilate deo omnis terra ꝛc. Justus vt palma florebit ꝛc. qm̄ absterget deus oēm lachrymā ab oculis sanctoꝝ: ꝛ iam non erit luctus neqꝫ. c. q. p. e. ¶ Versus quoqꝫ dr̄ a reuertēdo eo ꝙ per eū reuertimur ad alleluia qui post alleluia sequitur: qz significat operationē que laudi ꝯiungi dz: qz non bene deū laudat qui bene operari cessat. Per hoc vero ꝙ alleluia cū neuma repetit laus ꝛ gaudiū ineffabile patrie significatur. In nōnullis ecclesijs alleluia cātat a pueris: graduale a magnis vt notet ꝙ deus ex ore infantiuz perficit laudē. ꝛ psalmista. Laudate pueri dñm cui' psalmi titulus est alleluia. Illi. n. qui pueri sunt laudi xp̄i conueniūt: fortes vero in fide ꝛ in tolerādo aduersa que pugnare possunt ꝯ amalechitas graduale debēt cātare. ¶ Circa hoc notandū est ꝙ cantoꝝ alij sunt qui in choro cātus voce magna distribuūt: hi sunt rectores ecclesie qui deuz laudant ꝛ alios ꝟbo ꝛ exemplo ad laudādū inuitāt: alij sunt pueri qui graduale in gradibus cantant: hi sunt actiui de virtute in virtutem in charitatis gradibus ascēdētes: qui dum graduale inchoāt alios ad cōpunctionē inuitant. Dū ꝟsuz ꝯcinūt ad se redeūtes suas cogitationes accēdunt ꝛ dum illū finiūt se bonū certamen certasse ꝛ cursum in fine one consummasse. Alij sunt perfecti viri: qui in alijs ecclesijs alleluia vel tractus in pulpitis ꝯcinūt: hi sunt ꝯtēplatiui carnē affligētes ꝛ mētē excedentes: quoꝝ conuersatio est in celis: non est hic hoīuz sed angeloꝝ. ¶ Sequentiā vero nō illi soli decātant sed chori cōiter iubilant: qm̄ iubil' eternus ꝛ ineffabilis angelis erit cōis ꝛ hoīb'. Deberet etiam alleluia in gradibus ꝛ versus eciam decantari: ꝛ qm̄ vitā ꝯtemplatiuā significat: debet legi in altiori loco ꝙ̄ rñsoriū: qđ actiuā designat. ¶ Rursus in qbusdā ecclesijs cātans alleluia sumit aliquid in manu vt insinuet se deū non solū voce. sz ēt opere collaudare: seu man' ducit iuxta psalmistā. Omnes gentes plaudite manibus iubilate ꝛc. In plerisqꝫ ēt ecclesijs alleluia de trinitate cantant in dominicis diebus. s. Benedictus: vel qualis pater: vt fidem hilariter profitentes ad spem ꝑueniant. ¶ Ex ꝑtende ꝙ alleluia dominicalia a penthecoste vsqꝫ ad aduentum sepe omittimus: quoniam aliter ꝛ aliter in alijs ꝛ in alijs gradualibus disponuntur. Ea igitur diligens cantor attendat ꝛ

diligenter vniuersitatibus efficiorum assignet.

¶ De tractu. Rubrica.

A Dominica septuagesime vsq; ad vigiliā pasce. s. i diebus ⁊ officiis luctus: q2 tūc nō canit carmen leticie: loco alleluia qđ significat exultationē habitā de spe eternoꝝ: di tractus ex instituto ne Thelesphori pape. Dicit aūt tractus a trahēdo: q2 tractim ⁊ cū asperitate vocū ⁊ plixitate ꝟboꝝ canit: eo q2 miseriam ⁊ laborē p̄sentis incolat⁹ insinuāt: de quo psalmista. Heu mihi q2 incolatus me⁹ plongatus ꝛc̄. In tractibus n. repñtatur longa sanctoꝝ patꝝ expectatio: ⁊ iudeoꝝ captiuoꝝ meror ⁊ afflictio: qui tpe babylonice captiuitat[is] sedentes supe flumina babylonis: ⁊ flētes in salicibus sua organa suspēderūt: qđ tps ecclesia repñtat a septuagesima cantica leticie subticēdo ⁊ tractus dicēdo. Tm̄ aūt intercessit inter alleluia ⁊ tractū⁹: quātū inter leticiā ⁊ tribulationē. Itē tm̄ iterē inter rñsoriū cui oēs rñdent ⁊ tractū: cui nemo: quātū inter actiuā ⁊ ɔtēplatiuā vitā. Est aūt tract⁹ medi⁹ inter rñsoriū ⁊ alleluia: vt dicet in. 6. parte sub ti. de septē diebus post pasca. Porro tract⁹ q2 gemitū ⁊ cāticū lachrymabile exprimit: lachrymas scōꝝ: siue in actiua: siue in cōtēplatiua vita repñtat. Vñ tract⁹ dr: q2 sancti suspirantes ab imo pectoris gemitū trahūt: q2 licet gaudeant vt monet alleluia: tñ hic in valle lachrimaꝝ cōmorātes hñt irriguū superius ⁊ inferius: qđ tract⁹ mysticat: gemit. n. flebiliter pro dilectiōe superne beatitudinis: ⁊ sup flumina babylonis sedētes: patrie sue memores: interim lachrymas fūdūt pro suis ⁊ alioꝝ excessibus: dū ex vicinitate babylonici fluuij seipsos vidēt sepe aspersos: ⁊ alios penit⁹ inter fouea ipsi⁹ fluuij rapiditate ferri deorsum. Sz q2 hic ploratus qñq; ē respectu supni gaudij: qñq; respcū nostre miserie: iō tract⁹ sitr qñq; est de leticia, p superiori irriguo: vt De ꝓfundis ⁊ alijs huiōi: de vtroq; irriguo tractat Grego. in. 3. lib. dialogoꝝ. c. 34. ¶ Et est aduertendū quia post duos tractus tribulationis seqt̄ tractus leticie, pūt sub dñica septuagesime ⁊ dñicis sequentibus videri pōt: ⁊ hoc iō quia post duos dies sepulture dñi occurrit tertius resurrectionis. ¶ Rursus gaudiū scōꝝ non est hic plenū ⁊ ɔtinuū: sed sepe interrumpitur: ideo ecclesia qñq; interponit tractū: vt in tempore septuagesimali: ⁊ cū in sabbato pascali post alleluia sequitur tractus: quia hoc gaudiū nō expedit sine fletu: in sabbato tñ in albis duplicatur alleluia: quia eterna vita pfectū erit gaudiū: glorificata carne cū aīa: ⁊ cōpleta resurrectiōe sanctoꝝ cū resurrectiōe xp̄i. ¶ Sane in dñica septuagesime vsq; ad quartā feriā cineꝝ dicunt tract⁹ solū in dominicis diebus: eo q2 ppls tūc melius puenit in ecclesia qui indiget edoceri qualiter captiuitatē diabolicā per babylonicā significatā dz deplorare. Tract⁹. n. ipse babylonice captiuitatis repñtant: sz post dictā feriā que ē caput ieiunio rum magis frequentant: q2 tūc magis est ipse meroris ⁊ afflictionis: vt pote ordinatū ad excutiēdū iugū diabolice captiuitatis: per merorē ɔtritiōis ⁊ hūilitatē ɔfessiōis: atq; aspirarē satisfactionis: que p̄cipue in ieiunio vigent. Sed ⁊ lz dñica dicta resurrectionem figuret: tñ in dñicis septuagesime cantica leticie subticentur: ⁊ tract⁹ dicunt: q2 iudei toto septuagenario babylōice captiuitatis ɔtinue afflicti fuerūt: ⁊ nos in isti⁹ vite septuagenario q̄ p septenarium: ⁊ per ɔsequēs p septuagenariū ducit: ɔtinue dolores ⁊ miserias experimur: donec ad octauā ꝑte ⁊ pfecte ⁊ non figurate resurrectiōis: per xp̄i misericordiā veniamus. ¶ Postremo ɔsiderādū est q2 ꝟsus sequentiaꝝ bini ⁊ bini sub eodē cantu dicunt: qđ ɔtingit: q2 vt plurimū bini ⁊ bini p rithmos sub parib⁹ syllabis cōponunt: qđ in versib⁹ tractuū nō reperit: q ex sacra scriptura vt plurimū sumunt: iōq; in tātū nequeūt cōbinari. Rursus ille sub vno cantu cōbinant: ad notandū q2 exultatio vere charitatis in vno perficitur: sequentia enim exultationem: combinatio charitatē designat. Versus vero tractuū: q2 merorem significant singulariter decantant: iuxta illud psalmi. Singulariter sum ego donec transeam. Hiero. xi. q. i. qñ. Solus sedebam q2 amaritudine plenus erā. ¶ Non est ēt omittendū q2 lz regulr graduale vl alleluia imediate sequat epl'am: ne nos musicus ille reprehendat dicens: Cātauim⁹ ⁊ nō saltastis: lamentauim⁹ ⁊ nō plāxistis. Alleluia. n. cantat pro saltatione: graduale, p planctu subiungat penitētie. Hoc tamē fallit in sabbatis q̄tuor tēpoꝝ: ⁊ in q̄rta ⁊ in sexta feria maioris hebdomade: ⁊ in qbus tract⁹ imediate sequitur epl'am: ⁊ hoc iō q2 in illis dieb⁹ musicus ille nobis aufertur. Nam in dicta quarta feria vendit: in sexta crucifigitur: qđ in dictis sabbatis quo ad aliqd repñtatur: ⁊ iō ad maiorē luctū insinuandū tract⁹ in illis imediate epl'am cōmitatur. Qđ autem tractus maiorē insinuet luctū q̄ graduale: per hoc innuit q2 nunq̄ cū alleluia cantat: nisi ob specialem cām in sabbato pascali.

¶ De prosa seu sequentia. Rubrica.

P Ost alleluia prosa seu sequentia di qđ est sitr canticū exultatiōis: ad notandū geminā glorificationis stolā: quā sancti accipient, put iā premissum est. Cantat aūt sequentia ab oīb⁹ simul in choro vt notet ɔcordia charitatis: illa. n. la⁹ deo placet: vñ in canticis. Vulnerasti cor meū soror mea sponsa mea in vno oculoꝝ tuoꝝ: iō dicit in vno vt notet concordia ⁊ volūtas vniformis: q2 laus sic facta est cib⁹ delicatissimus deo: hec est tunica illa incōsutilis: quā deus non patitur scindi. 16. q. 9. sicut: de hoc dictū est sub ti. de alleluia: ⁊ dicet in ꝓhemio quinte partis vbi de antiphonis agit. ¶ Nocherius abbas sancti galli in theutonia primo sequentias pro neumis ipsi⁹ alleluia cōposuit. ⁊ Nicolaus papa ad missas cātari concessit. Sed ⁊ Hermānus petract⁹ theutonicus inuentor astrolabij ɔposuit sequentias illas. Rex oīs: ⁊ sancti spūs ints ꝛc̄. ⁊ Aue maria gratia: ⁊ antiphonā. Alma redēptoris mater. ⁊ Symon bariona. Petr⁹ vero cōpostellanus eps fecit illā. Salue regina misericordie vita dulcedo ⁊ spes nostra salue: ad te clamamus. Quidā ꝟo rex francie robertus noie cōposuit sequentiā illā. Veni sancte spirit⁹: ⁊ hymnū. Chorus noue hierusalē. Antiqt⁹ enim mos erat vt semp alleluia cātaret cū neuma: sz postea dict⁹ papa instituit loco illius neume in precipuis solēnitatibus sequētias dici. Quādo ergo nō dicat alleluia non debet sequētia dici: qm̄ loco neume eius dicitur: ⁊ idem significat qđ neuma. s. eterne vite gaudiū ⁊ dilitias: que nullo ꝟbo exprimi pñt: ⁊ ideo per neuma que est vox nō significatiua intelligunt. Et inde est q2 quedā sequētie antique solēt ꝟba noua ⁊ incognita hēre ⁊ insirata: tum q2 celi gaudiū secretū atq; incognitū mortalib⁹ est: tū q2 nobis incognitus est modus laudādi deū in patria: tū q2 iubilus cordis in pñti vita incognit⁹ est ad plenū: tū q2 oīa noua sunt pulchritudine decorata: vt in ꝓhemio dicetur. Hedie ꝟo sequētie cū voce significatiua dicunt ad notandum q2 in illa magna festiuitate vite eterne iubilus plene sciet. Sequentie ꝟo eterne vite mysticāt laudes. Iuxta illō. Beati q habitant in domo tua dñe: in secula seculoꝝ laudabūt te. Habent. n. verba laudiflua ⁊ dulcē atq; suauē cantū: q2 ibi oīa erūt plena ⁊ melodia celestis organi habūdabit dulcifluā leticia: q2 sicut letantiū oium habitatio erit ibi. ¶ Rursus qm̄ laudes eternitatis verbis humanis plene nō resonantur: iō qdā ecclesie mystice neumatizāt sequētias sine ꝟbis aut saltē aliquos ꝟsus eaꝝ: nulla. n. erit significatio ꝟboꝝ necessaria vbi singuloꝝ corda patebūt singulis intuētib⁹ libꝝ vite: ⁊ vbi idē erit testis accusator ⁊ iudex. xi. q. 3. cop. ¶ Et nota fm Isidorum q2 ɔsacta ɔducta ratio a lege metri resoluta sic dicta ex eo q2 sit ɔfusa: sequentia vero dicta

est q̄ neumam iubili sequitur: ⁊ hic in euangelio dicit̃: se quentia sequente in numero singulari.

¶ De mutatione sacerdotis. Rubrica.

HActenus dū epistola lecta fuerit ⁊ choro graduale psallente sacerdos tacitus ad dexterã ptẽ sedebit altaris illud insinuãs q̄ Joãne p̄dicante xp̄s quodam mõ tacebat q̄ nõ p̄dicabat aperte: sed dicturus euangeliũ surgit: q̄ vt euangelista tradit postq̄ Joannes traditus est: venit ihs in galileã predicans euãgeliũ regni dei: ⁊ qm̄ sedes victorie est: sessio sacerdotis victoriã xp̄i re cte significat qui post ieiuniũ vicit diabolũ: nã reliqt eũ tẽ tator ⁊ accesserũt angeli ⁊ mĩstrabãt ei. Post dictã ergo se quentiã surgẽs sacerdos: ⁊ ad sinistrã altaris ptẽ accedẽs p̄nũciat euãgeliũ significãs q̄ xp̄s nõ venit vocare iustos sed peccatores iuxta qd̄ ipse in euãgelio dixit. Quia nõ in digẽt qui sani sunt medico: sz qui male hñt. z.q.i. multi. per dexterã. n. iusti: per sinistrã aũt peccatores significant̃: ꝓꝓ qd̄ dñs in iudicio statuet quidẽ oues a dextris hedos ve ro a sinistris: de hoc dictũ est sub ti. de oratione. Quidã tñ dixerũt q̄ ideo sacerdos in p̄ncipio misse ↄsistit ad dexterã. Cũ vero p̄nũciat euãgeliũ ↄuertit̃ ad sinistrã: ⁊ circa finẽ iterũ redit ad dexterã: q̄ cultus dei primo fuit in p̄plo iudeo ⁊ iudea tũc erat a dextra: deinde iudeis non credentibus ⁊ verbum dei tãq̄ indignis respuẽtibus: cultus dei trãstulit ad gentes ad quas apli transierũt ⁊ tunc iudea fuit a sini stra pte: ⁊ circa finẽ reuertet̃ iterũ ad iudeos ad p̄dicatiõez enoch ⁊ helie qui ↄuertẽt corda patrũ in filios: qm̄ in die bus illis saluabitur iuda ⁊ reliquie israel salue fient: q̄ .n. primo dixerat in viã gentiũ ne abieritis: postea precepit di cens. Ite in orbẽ vniuersũ. Quia ergo p̄dicatio ↄuenit et ad illos qui in sinistra pte fuerũt dũ siccato gedeonis velle re ros areã irrigauit merito in pte sinistra legit̃ euangeliũ sicut in sequẽti. n. dicet̃. Unde ꝟsus. Est rõ cur pars altaris dextera misse Principiũ fineq̄ tz mediũq̄ sinistra. De xtera iudeos gentiles leua figurat. Cepit ab his deferr̃ ad hos refert̃ ad illos Nostra fides: ⁊ erũt oẽs in fine fideles. Sz cũ sacerdos qui p̄nunciat euãgeliũ repn̄tet p̄sonã xp̄i: qui non predicauit gentib⁹ sed iudeis: iuxta qd̄ ipse dicit in euangelio. Non sum missus nisi ad oues qui perierunt domus israel. Uerũ illud recte dicat̃ prudens auditor ad uertat. De hoc dictũ est sub titu. qualr̃ ep̄s vel sacerdos. Ad quãcũq̄ ꝟo altaris ptẽ ille se transferat ministri eum retro sequuntur p̄ut dictum est ibidez.

¶ De euangelio. Rubrica.

SUpra proxime tactum est qualr̃ sacer dos nõ solẽniter celebrans ipse met euãgeliũ dicit. Uerũ qñ ep̄s vel sacerdos ce lebrat cũ ministris cũcta solẽnius pagunt̃ tũc .n. in qbusdam ecclesijs vt rome dyaconus dex tra manu põtificis osculata codicẽ euãgelij sumit d̃ altari ⁊ illũ subdyacono ad ferẽdũ tradẽs: postea bñdictionẽ postu lat ab ep̄o vl̃ a sacerdote ⁊ ei bñdicit̃. In alijs tñ ecclesijs pri us benedictionẽ postulat q̄ codicẽ accipiat de altari. Data itaq̄ bñdictione p̄cedit dyaconus ad pulpitũ per dexterã ptem chori: quẽ p̄cedit dyaconus cũ textu euangelij: ⁊ illũ p̄cedit thuribulũ cũ icẽso: ⁊ añ thuriferariũ ceroferarij cũ facul is accensis: añ illos in qbusdã ecclesijs crucis vexillũ sicq̄ pulpitũ ascẽdit ⁊ euãgeliũ incipit: quo dicto ad ep̄z vl̃ sacerdotẽ simul redeũt que singula p̄sequemur. ¶ Notan dum est aũt q̄ in quibusdã ecclesijs in precipuis festiuita tibus dyaconus p̄ficisci volẽs ad legẽdũ euãgeliuz incipit antiphonã: que est in nocturnis sup bñdict⁹: ⁊ dũ ipse acce dit ad pulpitũ illa cãtatur ⁊ finitur a choro: vt notet̃ cha ritas: ⁊ cãtatur sine neuma ad notandũ q̄ deus nõ p̄cepit nos hẽre nisi simplicẽ charitatẽ. ¶ Sane iã figura muta tur: nã dyacon⁹ qui pri⁹ repñtabat p̄phetã iaz representat Joãnem euangelistã in q̄m lex ⁊ p̄phete vsq̄ ad Joãnem ⁊ ex eo regnũ celoꝝ euãgelizatur. Jdõ aũt euãgeliuz legitur vt velut xp̄s post legẽ p̄phetias ⁊ psalmos etc suo predica uit: ita post ep̄am rñsoriũ ⁊ alleluia per illud p̄p̄lo predica tio eius annũcietur. Et dr̃ euãgeliũ qũ bon⁹ nũci⁹ ab eu qd̄ est bonũ ⁊ angelus qd̄ est nũci⁹. Est. n. euãgeliũ xp̄i ⁊ aplo rum predicatio: nũciat qdẽ vitã post mortẽ: requiez post labo rem: regnũ post seruitiũ. ¶ Est aũt sciẽdũ q̄ sicut caput pree minet ceteris corporis mẽbris: ⁊ illi cetera mẽbra seruiũt: sic ⁊ euãgeliũ p̄ncipale ẽ oiũ que ad officiũ misse dicũtur: ⁊ to ti p̄eminet offõ misse ⁊ q̄cũq̄ ibi cãtãtur ⁊ legũtur illi ↄsen tiũt in itellectuali rõne p̄ut in sexta pte sub ṫi. sup dñica di cetur. ¶ Dyacon⁹ ergo p̄mo dexterã manũ põtificis oscula tur nihil dicẽs: q̄ p̄dicator euãgelizare dz p̄ gloria eterna de qua spõsa dic̃ in cãticis. Dextera illi⁹ amplexabitur me. Nã ⁊ angelus qui resurrectiõis xp̄i gloriã venerat nũcia re sedebat in dextera stola cãdida coopert⁹. In alijs tñ eccle sijs nõ osculatur sed solũ iclinãs bñdictionẽ poscit. Uerũ subdyacon⁹ vel dyacon⁹ nõ man⁹ sed pedes romani ponti ficis osculatur: vt sũmo põtifici sũmã exhibeat reuerẽtiã: ⁊ oñdat eũ eẽ illi⁹ vicariũ cui⁹ pedes osculabatur mulier il la que fuerat in ciuitate peccatrix. Adorãdũ est. n. scabellũ pedũ ei⁹: q̄ sanctũ est: cuius et resurgẽtis a mortuis pedes mulieres tenẽtes adorauerũt. Generalr̃. n. nemo dz manũ sũmi põtificis osculari: nisi cũ de manib⁹ ei⁹ aliqd accipit vel cũ ad manus ei⁹ aliqd tribuit vt ostẽdatur q̄ ex vtroq̄ debem⁹ ei grãs agere qui sicut semp dat p̄pria sic nũq̄ re cipit aliena. Quas oblatiões roman⁹ põtifex recipiat sub ti. de oblationib⁹ dicetur. ¶ Subsequẽter dyaconus textũ euãgelij sumit de altari: q̄ de syon exibit lex ⁊ ꝟbũ dñi de hierusalem: nõ vtiq̄ mosayca lex quõdã exiuerat de mõte synai: sz euãgelica: de qua p̄pheta ait. Ecce dies veniũt di cit dñs ⁊ ↄsumabo testũ nouũ supra domũ isrl̃ ⁊ supra do mũ iuda. Sumitur et liber de altari qm̄ apli de altari euã geliũ acceperũt cũ p̄dicãtes passionẽ xp̄i euãgelizabãt. Ul altar̃ in h̃ loco significat iudeos a qb⁹ trãsfertur regnũ dei ⁊ datur gẽti faciẽti fructũ ei⁹. Et ex eo q̄ liber sumitur de altari notatur q̄ euãgeliũ est ꝟbũ dei qd̄ p̄ altare significa tur s̄m illõ Exo. 20. Altare de terra facietis mihi. Et p̄pter p̄missas rõnes qdã volẽtes dicere finita missa euãgelium sci Joãnis vel aliõ iprimũt p̄mo signũ crucis sup altare ⁊ postea in frõte. Sumit aũt vt qdã volũt de dextra pte altaris q̄ ecclesia de iudeis aq̃ nr̃m sumpsit exordium antiquus fu it a dextris: ⁊ ponit eũ in manu sinistra dexterã supponens iux̃ illõ. Leua eius sub capite meo ⁊ dextera eius amplexa bitur me: ⁊ hoc ꝑꝑ triplicẽ cãz. Primo q̄ euãgelista docet ce lestia que p̄ dexterã terrenis que p̄ sinistrã intelligũtur suppo ni. Scdõ iclinatur liber sup sinistrũ hũerũ ad notãdũ q̄ xp̄i p̄dicatio de gẽtili p̄p̄lo trãsibit ad iudaicuz. Jsa. 20. c. In dieb⁹ illis saluabitur iuda. Tertio q̄ in vita tpali q̄ p̄ il lã significatur: necesse ẽ euãgeliũ p̄dicare. Et text⁹ euãgelij in qbusdã ecclesijs ornatur exteri⁹ argẽto ⁊ lapidib⁹ p̄ut dcm̄ ẽ in pte. 3. sub ti. de legalib⁹ idumentis. Liber aũt ipse ob aduẽtu sacerdotis ad altare donec euãgeliũ legatur sup altare remãsit: qd̄ quãtũ ad h̃ significat hierusalẽ: qm̄ euã gelica doctrina p̄mũ in hierusalẽ fcã est ⁊ ibi p̄mãsit ab ad uẽtu dñi donec publicaretur gẽtilib⁹. Jux̃ illõ. De syõ exi bit lex ⁊c. vt sup̄. Hierusalẽ. n. ẽ loc⁹ passiõis q̄ p̄ altare eti am significatur. ¶ Cõseq̄nter bñdictionẽ postulat q̄ null⁹ dz p̄dicare nisi mittatur. Jux̃ illõ apli. Quõ p̄dicabũt ni si mittãtur: et̃ de here. cũ ex inũcto ⁊ dñs ingt aplis. Ro gate dñm messis vt mittat operarios in messez suã. 25. dis. in nouo. Jsaias aũt cũ audisset vocẽ dñi dicẽtis. Quẽ mit taz ⁊ qs ibit ex vobis. Rñdit. Ecce ego suz mitte me: dixit q̄ dñs. Uade ⁊ dic p̄p̄lo huic: audite audiẽtes ⁊c. 8. q. i. sci endũ. ¶ Rursus hmõi bñdictionẽ prefigurauit Moyses q̄ ascẽdẽs in mõtẽ accepit tabulas ⁊ bñdictionẽ ⁊ p̄p̄lo mã

data proposuit: ꝛ dñs etiã benedixit ordini dyaconali cui
dedit spũm scm̃ ꝛ misit ad ꝓdicãdũ per vniuersum orbez.
Põtifex ergo vel sacerdos visibilr bñdicit dyacono qui le
cturꝰ est euãgeliũ qđ nõ fecerat subdyacono lecturo epl̃am
q2 xp̃s inuisibilis manens legẽ ꝛ ꝓphetas que per epl̃am si
gnificant̃ inuisibiliter misit: sz postq̄ in terris visus ꝛ cuz
hoibus conuersatꝰ est aplos ꝛ euãgelistas visibiliter misit: ꝛ
docuit. Euntes inquit ꝓdicate dicẽtes. Appropinquabit regnuz
celoꝝ. Illi aũt regressi circuibãt castella euãgelizãtes ꝛ cu
rãtes vbiq3: ꝛ mittit eũ ad legẽdũ euãgeliũ ad notãdũ q
xp̃s misit aplos ad ꝓdicãdũ regnũ dei. ¶ Dyaconꝰ aũt ea
que sibi in bñdictiõe dicunt̃ ꝯsiderãs: scꝫ corde puro ꝛ ore mũ
dũ ꝛ ope castũ studeat exhibere quatenꝰ sacrosanctũ euãgeliũ
possit digne ꝓferre q2 puteꝰ aquaꝝ viuentiũ. i. euãgelica ꝓ
dicatio nõ fluit impetu. i. libere nisi de libano. i. corde casto: ꝛ
ore cãdido. Nõ. n. est speciosa lauꝰ in ore peccatoris: imo pec
catori dixit deus. Quare tu enarras iusticias ꝛ assumis te
stamentũ meũ ꝑ os tuũ. 3. q. 8. §. qđ testat̃: ꝛ iõ signo cruci
munit̃: deinde licẽtia ꝛ bñdictiõe obtẽtis ꝛ insup cruce im
pressa vt securius incedat ꝓcedit ad pulpitũ cũ silentio incli
nato capite: nihil in quibusdã ecclesijs ferẽs ꝓp illud qđ dñs
ipse ꝓcepit aplis quos misit ad ꝓdicãdũ regnum dei. Ni
hil inquit tuleritis in via ꝛ neminẽ salutaueritis. In alijs
tñ ecclesijs dyaconꝰ fert librũ vt iã dicet̃. Sz perueniẽs ad
ambonẽ salutat quasi intrãs domũ cui offert pacẽ vt infra dicet̃
ꝛ transit per dexterã pte chori ad sinistraz: ꝛ liber euãgeliũ
de dextra ad sinistrã trãsfert̃ ꝛ ibi legit̃ q2 de ꝓpõ exhibit lex
ꝛ ꝟbũ vt supra. Iudea. n. respuẽte ꝟbũ dei apli trãsierunt
de iudeis ad gẽtes: ꝛ postea ꝓdicatũ est gẽtibꝰ q ꝑ sinistram
intelligunt̃. Vñ apl̃s ad hebre. dicit. Vobis oportebat ꝓus
ꝓdicare ꝟbũ dei: sed quia repulistis illud ꝛ indignos vos iu
dicastis: ecce cõuertimur ad gẽtes etc̃ de renũ. n. isi. de hoc su
pra in ti. ꝓlo. In ecclesia romana ꝛ in quibusdã alijs sub
dyaconꝰ per vnã viã ꝛ dyaconꝰ per aliã in pulpitũ ascendit:
quasi ille docẽdo ꝛ iste discẽdo in augmẽtũ scie ꝓcedit ꝛ quia
ministrator ꝑ meritũ opis ꝛ ꝓdicator ꝑ meritũ oris i augmẽ
tũ iusticie ꝓgredit̃. Vñ psalmista. Iusticia tua sicut mõtes
dei: per eãdẽ tñ viã descẽdẽtes ad põtificẽ reuertunt̃: q2 per
finalẽ ꝑseuerãtiã ꝑtingũt ad ꝓmiũ sicut dñs ait. Qui ꝑse
uerauerit vsq3 in finẽ ꝛc̃: de peni. dis. 2. apl̃s ꝛ c. multi. Et
q2 ꝓdicatio sine ope nõ sufficit. Cepit. n. ihs facere ꝛ doceri
iõ ꝓdicator per eãdẽ viã reuertit̃ ꝑ quã accesserat ministra
tor. Preterea iõ lecturꝰ euãgeliũ ab vna pte ꝓgredit̃ ꝛ ascẽ
dit: ꝛ ab altera regredit̃: ꝛ descẽdit iuxta illud euãgelij. Per
aliã viã reuersi sunt i regionẽ suã: quia apli ꝑus ꝓdicauerũt
iudeis ꝛ postea gẽtibꝰ scꝫ illud apli. Quia repulistis ꝟbũ dei
ꝛ idignos vos fe. ꝛc̃. Sane dyaconũ subdyaconꝰ antecedit:
q2 Ioannes ꝛ eiꝰ ꝓdicatio xp̃z ꝛ eiꝰ predicationẽ ꝓcessit: por
tans in quibusdã ecclesijs puluinar qđ libro supponat. Per
puluinar qdẽ qđ sesso supponit̃ ad quietẽ significat̃ vite sola
tiũ sine tẽporalia: quasi dicat. Si vobis seminamus spũalia
nõ est miꝝ si a vobis metimꝰ carnalia. 12. q. 1. §. i. Naz scdm
aplm primo ad corinth. Qui altari seruiũt cũ altari ꝑtici
pant extra de ꝓbe. cũ scdm: dignus est. n. operarius mercede
sua. Math. 10. ꝛ dñs ꝓcepit in lege. Nõ claudes os bouis
triturãtis extra de pzebẽ. extirpãde. ¶ Rursus puluinar
supponit̃ euãgelio ad notãdũ q suaue est iugũ dñi sincon
euãgelij illud portare volẽtibꝰ. Vñ in matheo. Iugũ meuz
suaue ꝛ onꝰ meũ leue: huic iugo q subdit̃ oia subiecta hz scꝫ
Augustinũ: puluinar ergo suauitas ꝛ dulcedo in mãdatis
dei. Vñ ꝓpheta. Parasti in dulcedine tua pauperi deus:
ꝛ iterũ: q dulcia faucibꝰ meis eloquia tua dñe. In ecclia tñ
romana dyaconꝰ ꝓcedit vt doctor: subdyaconꝰ sequit̃ vt au
ditor: ille ꝓcedit vt ꝓdicet: iste sequit̃ vt ministret. Post lectiõez
vero subdyaconꝰ quasi sufficiẽter edoctꝰ ꝓcedit referẽs euãge
liũ quia mercedẽ euãgelij de sua ministratiõe reportat scdm illud
qđ dñs ipse ꝓmisit in euãgelio. Qui recipit ꝓphetã in noie
ꝓphete mercedem ꝓphete recipiet: quem ideo ꝓmittit dya
conꝰ ad pontificẽ vt ostendat se fructũ ꝓdicationis referre de
quo dñs iusserat: posui vos vt eatis ꝛ fructũ afferatis ꝛ fru
ctꝰ vester maneat. Ad hec subdyaconꝰ librũ ꝛ puluinar re
portans significat q ꝓdicator bono ope debet vitã suã deo
offerre. Unde apl̃s ad corinth. 9. Oẽ quodcũq3 facitis aut
verbo aut opere in noie domini Iesu xp̃i facite. 27. q. vl
ti. nõ obseruetis. Premittit quoq3 eps ante euangeliũ thu
ribulũ cũ incenso: quia xp̃i opera ꝓcesserunt eius doctrinã
iuxta illud. Cepit Iesus facere ꝛ docere. Thuribulũ autẽ
cuz thure significat orationem cũ deuotione quam tũc ma
xime debent habere fideles in audiendo diuinũ sermonez.
¶ Rursus dyaconꝰ ideo premittit thuribulum quia predi
cator debet odorẽ bone opinionis ex se mittere. Iuxta illud
apostoli. Christi bonꝰ odor sumus in oi loco: nam cuius vi
ta despicitur restat vt eius ꝓdicatio cõtẽnatur: extra de sa
cra vnc. c. i. Tertio thuribulũ ꝓcedit vt ipsius dyaconi orõ
sicut incensum in conspectu domini dirigatur. Aũt thuri
bulum ꝟo ꝓmittit duos ceroferarios cuz faculis accensis.
Primo quia dz desiderium ꝛ gaudiũ in cordibus audito
rum accendere quatenꝰ ꝛ libenter audiãt ꝛ gratãter obedi
ant. In quibusdã tñ ecclesijs thuribulũ cereos ꝓcedit: quo
niã orõnes ꝛ opa ꝛ virtutes de orõne famã lucẽ ꝛ signa ꝓce
dunt: iuxta illud Luce. Luceat lux vestra: ꝛ illud. Et virtus
exibat de illo ꝛ sanabat oẽs. Scđo sacerdos vel eps ꝓmittit
ante dyaconũ duos accolytos portãtes cereos ꝛ incensum:
ad notandũ q xp̃s ꝓmittebat binos nũcios an faciẽ suam
in oẽm ciuitatem ꝛ locũ quo ipse erat venturꝰ ꝓferẽtes coru
scationes miraculoꝝ ꝛ odorẽ ꝟtutũ vnde reuersi dixerũt.
Domine in tuo noie etiã demõia subijciunt̃ nobis. Facies. n.
xp̃i cõuenienter hic intelligunt̃ apli q normaz doctrine sue
ꝑplis dñdebãt: ꝓp qđ ipsis aiebat. Qui vos recipit me re
cipit. Tertio iõ librũ euãgelij ꝓcedũt thuribulum ꝛ cãdela
bra quia doctrinã xp̃i virtus ꝛ fama ꝓibat euangelista te
stãte. Exiuit iesus in ꝟtute spũs in galileã: ꝛ fama exiuit d
illo in vniuersam regionẽ: ꝛ ipse docebat in synagogis eo
rũ. Quarto ꝓp eãm in scđa pte sub ti. de accolyto scriptaz.
Rursus duo cerei illuminati doctores ecclesie ꝑ quos eccle
sia illuminat̃: qui debẽt hẽre notitiã vtriusq3 testamẽti de
signãt. Dicetꝰ q ipsi cerei plerũq3 quibusdã diuersoꝝ colorũ
lineis decorant̃ ad notãdũ q ꝑ doctores ipsos sacra scriptu
ra diuersis sensibꝰ exponit̃ put dcm̃ ẽ in ꝑncipio libri. Si
ꝟo linee ipse auree vel argẽtee sunt: designant q in ipsis do
ctoribꝰ est auꝝ sapiẽtie ꝛ argẽtũ eloquẽtie. Vel cerei ipsi de
signant duo testamẽta qbꝰ genꝰ humanũ illuminat̃: vel le
gẽ ꝛ ꝓphetas q in quibusdã ecclesijs dũ euãgeliũ legit̃ in pa
uimẽto ponunt̃: quia legis vmbra ꝛ ꝓphetaꝝ enigmata ꝑ
lumẽ euãgelij et ab hũilibꝰ intelligunt̃: q2 ꝓp euangelicaz
doctrinã lex ꝛ ꝓphetia penitꝰ euanuerũt in littera. In q
busdã tñ ecclesijs i diebꝰ ꝓfestis vnꝰ puer cũ vno tñ cereo
dyaconũ ꝓcedit: ꝑ qđ significat̃ q ꝓmũ xp̃i aduentũ q hũi
lis fuit ꝛ occultꝰ ꝓcessit tñ vnꝰ ꝓcursor. s. Ioãnes baptista
qui fuit lucerna ꝟbi. In diebꝰ ꝟo festiuis duo cerei ꝓce
dũt: q2 in scđo aduẽtu q solẽnis erit ꝛ manifestꝰ: duo ꝓmit
tent̃ ꝓcones. s. helyas: ꝛ enoch qui interficient̃ ab antixp̃o in
hierusalẽ qđ significat̃ ꝑ extinctionẽ cereoꝝ. De cãdelabris
ꝛ et cereis aliter dcm̃ est in ꝓma pte sub ti. de picturis. An
cedit quoq3 crux ꝓmo ad notãdũ q dyaconꝰ dz ꝓdicat̃ cru
cifixũ. Scđo q q cũ inueit̃ ꝑ fidẽ sanat̃ a morsu serpẽtis an
tiq. ipse est. n. serpẽs in palo. Tertio crux ꝓcedit euãgeliuz
in signũ q ꝓdicator seq dz crucifixũ. Vñ dñs inqt petro.
Sequere me. Io. 21. c. Post hec dyaconꝰ sup ambonẽ ascẽ
dit: dr̃ aũt ambo ambonis pulpitũ vbi legit̃ euãgelium ab
ambio ambis: q2 locꝰ ille gradibꝰ ambit̃. Sũt. n. in quibus
dam ecclesijs duo paria graduũ siue duo ascensus in illaz
per mediũ chori: vnus a sinistris. vz. ꝟsus orientez quo fit
ascensus: alter a dextris. vz. ꝟsus occidentẽ quo fit descen

sus vt premissum est. Uel ascendit ab australi pte: naz xp̄s a bethel. i. bethleē que est austr̄ venit in hierusalē. Uñ dicitur. Deus ab austro veniet. Ascendit ergo sup ambonē ad notādū q xp̄s ambit oēs qui custodiūt v̄bū euangelij: z vt possit ambiri: z sic melius ab hoībus intelligi. Jtē ascendit vt in edito z alta voce annūciat euāgeliū tanq̄ vbiq z ab oībus audiendū iuxta illud ꝓphericū. Sup montem excelsum ascende tu q euangelizas syon: exalta in fortitudine vocē tuā: z dñs ingt in euāgelio. Qd̄ dico vobis in tenebris dicite in luce: z qd̄ in aure auditis: p̄dicate sup tecta: extra de here. cū ex iniūcto: vt imitemur dñm qui in montem ascendit vt euāgeliū p̄dicaret: z aperiens os suū docebat discipulos dicēs. Beati pauperes spū zc̄. Lex etiā in monte data est. Euangeliū ergo in alto: z in eminēti loco legitur: q2 doctrina euāgelica dilatata fuit vbiq terraz: vnde. Jn oēz terrā exiuit son⁹ eoꝝ zc̄. 19. di. ita. Epistola ṽo i loco inferiori: quia lex z ꝓphete qui per illam figurantur clausi fuerūt in iudea: vñ notus in iudea deus zc̄. Preterea per ep̄lam p̄dicatio ve. test. que humilior: per euāgeliuz no. test. que excellior est intelligit: doctrina. n. xp̄i vel lex euāgelica excellit ap̄licā: z apostolica legalē doctrinaz. Unde ap̄ls ad heb. 7. lex neminē ad pfectionē ducit: euāgelium aūt dat salutē omni credenti. Jn missa aūt p defunctis nō in illo loco eminētiori: sz iuxta altare euāgeliū z epistola leguntur: ad notādū q quātū spectat ad defunctos talis nō sunt p̄dicationes que viuis publice fiunt. Jpsis aūt cum sint absētes fieri nequeūt publice vel occulte: sz magis sunt p ipsis orationes per q̄s ad xp̄m qui per altare significat̄ appropinquātes eis possum⁹ releuationē aliquā obtinere. Legit̄ ēt de more euāgeliū sup aquilā iuxta illud. Et volauit sup pēnas vētoꝝ: z aqla ipsa seu loc⁹ in quo legit̄ in diebus festiuis aliquo pāno lineo vel serico coopit̄ ad significandū mollitiē cordiū xp̄ianoꝝ. Uñ dñs p ꝓpheraz. Ecce cor carneū dabo vobis: z scribā legē meā i cordib⁹ vestris. Locus ṽo in quo ep̄la legit̄ nō cooperit̄ ad significādū duritiā cordiū iudeoꝝ. Lectur⁹ aūt euāgeliū trāsit ad partem sinistrā: put iā z supra sub ti. de mutatiōe sacerdotis dictū est: z opponit faciē suā aqloni: iuxta illud. Jsa. 43. Dicam aqloni da. z austro noli ꝓhibere: vt ostendat nos doctrina euāgelij debere armari: z p̄dicationē xp̄i ꝯ illū spālr dirigi qui ait. Ponā sedē meaz ab aqlone: z silis ero altissimo: nā z s̄m ꝓpherā. Ab aqlōe pādet̄ oē malū sup habitatores terre. ¶ Rursus ṽsus aqlonē euāgeliū legit̄ iuxta illō qd̄ legit̄ i cātic. 4. aqlo surgat. i. diabol⁹ fugiat z auster veniat i. sp̄us sanct⁹ accedat. Recte. n. ꝯ diabolū euangeliū legit̄ vt illū sua v̄tute expellat: q̄ꝛ diabol⁹ nihil tm̄ quātū euāgeliū odit. Siqdē aqlo vētus frigidus diabolū significat: qui flatu tētationū corda hoīuz a dei timoꝛ ꝯgelat z refrigerat. Cū ergo fides in euāgelio ꝯtineat̄: q̄ē armatura nostra ꝯ diabolū: iuxta illō. Cui resistite fortes in fide: merito legit̄ ꝯ illū. Quādoq ēt ṽsus meridiē legit̄: q2 doctrina xp̄i: que p̄mo fuit inter iudeos: z nūc iter gētiles: ad eos in fide redibit. Vi ṽo qui cū in veniēdo p̄cesserunt respiciunt ad euāgeliū: z ad faciē recitantis put sub ep̄la dictū ē. Deinde lectur⁹ euangeliū salutat ppl̄m vt illū ad audienduz v̄bū dei attētum reddat dicēs: dñs vobiscū: ostēdēs ēt per hoc se orare vt dñs sit cū eis: z obseruās qd̄ dñs iussit. Jn quācūq domū intrauerit̄ p̄mū dicite. Pax huic domui chorus vero z ppl̄s quasi redditus attētus ad illū z ad quamcūq p̄tē in qua euāgeliū legit̄ se vertūt ꝯtoibus ꝓpositum est. Jte in mundū vniuersum p̄dicare euāgeliū oi creature i. homini p quo facta est oīs creatura: vel qui hꝫ aliqd̄ ꝯcipiū cū oi creatura: z rñdēt: z cū spiritu tuo: supple vt digne possis euāgeliū legere: ac si dicāt: tecū sit ad dicendū: z sic mutuo se salutāt: put sub p̄fatiōe dicet̄. ¶ Sane euangeliū stādo z nō sedēdo auditur: sicut statuit Anastasi⁹ papa de ꝯs. di. i. ap̄lica: vt ad p̄liū p xp̄i fide seruāda ꝓmptitudo notetur. Unde luce. 22. Qui non habet gladiū vendat tunicā z emat illū. Et q2 ipsius doctrina ad amorē celestiū dirigit mētes nostras. Ad hmōi ēt ꝓmptitudinē desigrādā quidā dū euangeliū legit̄ clamides deponūt z etiā ad notādā q oīa tp̄alia dimittenda sunt pp xp̄m. Juxta illud euāgelij. Ecce nos reliqm⁹ oīa: z secuti sumus te. Et ex quo stādū est apparet q nec iacere nec appodiari debemus euangeliū audiendo. Reclinatoria ergo tunc relinquūtur ad notandū q nō debem⁹ ꝯfidere in p̄ncipib⁹: nec sustētari in terrenis q2 vanitas vanitatū z oīa vanitas dixit Ecclesiastes. Subaudit̄ cōparatione dei in quē curā nostram iactare debemus. Et s̄m ipsum Anastasiū stātes curui manere debem⁹: vt humilitatē: que a dño docet̄ ēt corpore demonstremus. Audit̄ ēt capite nudato p̄mo vt attētio adesse mōstretur: ob quā ēt cām qdā tūc mentonē z genas manutenēt: scd̄o vt q̄nq sensus patuli sint ad audiēdū: tertio ad notandū q oīa que sub velamine z figura in lege ac ꝓphetis ꝯtinebant̄ sunt in euāgelio manifestata Jn xp̄i. n. passione velū tēpli scissum est zc̄. Deponunt̄ ēt tūc baculi z arma. Primo ne imitemur iudeos in ꝯspectu crucifixi arundinea z arma ferētes. Scd̄o ad notādū q xp̄o p̄dicāte oēs legales obseruātie: que p baculos significant̄ deposite sunt. Tertio depositio baculoꝝ z armoꝝ hūilitatē notat: z xp̄iane pfectiōis eē nō se vindicare: sz dño reseruare vindictā. Juxta illud. Mihi vindictā z ego retribuam dicit dñs: z mathe. v. Qui te pcusserit in vna maxilla p̄be z ei alteram 23. q. i. §. i. Auditur ēt euāgeliū in silētio: q2 oīa soluta sunt in euāgelio q̄ in lege: z ꝓphetis ꝓmissa erāt. Pōtifex vero seu sacerdos dū euāgeliū legit̄ faciē vertit ad illū ad notandū q xp̄s p̄dicatores euāgelij semp ad adiuuādū respicit: stans sup scabellū ad designādū q p hmōi p̄dicationē oīa aduersa ptās debellat̄ z xp̄i pedib⁹ submittit̄ z sic implet̄ qd̄ in ps̄ di. Donec ponā inimicos tuos sca. pe. tu. Dyacon⁹ vero statim postq̄ sibi rñsum ē: z cū spū tuo: vt cūctos reddat dociles z beniuolos ad audiēdū v̄bū euāgelij. i. bonū nunciū nūciātē regnū dei. subdit: Sequētia sci euāgelij: thurificans lib̄ꝝ z signās signo crucis. Et ēt in qbusdā locis osculat̄ lib̄ꝝ q̄si dicat: hic est liber seu euāgeliū dei: hic ē liber crucifixi quez p̄dico: hic ē liber pacifici p quē recōciliationez accepim⁹. Uñ ap̄ls. i. ad corinth. i. Predicam⁹ vobis xp̄m crucifixū. Per incēsū aūt fumū bona p̄dicatiōis opinio intelligit̄. Deīde signat se in frōte i ore pit̄r z in pectore seu in corde ne diabol⁹ qui bōis opib⁹ isidiat̄ tollat ei p erubescētiā deuotionē de corde vel s̄monē de ore ac si dicat. Ego xp̄i crucē nō erubesco sz eā ore p̄dico: z corde credo: q2 corde credit̄ ad iusticiā ore aūt ꝯfessio fit ad salutē. Predicam⁹ ingt ap̄ls xp̄m iesum z hūc crucifixū: iudeis qdē scādalū: gētibus aūt stultitiam. Et ap̄ls ad gala. 6. Mihi aūt absit gloriari nisi in cruce dñi nr̄i Jesu xp̄i. Dñs ēt in euangelio ait. Qui me erubuerit: z sermōes meos: hūc fili⁹ hoīs erubescet cū venerit in maiestate sua z patris: z scōꝝ angeloꝝ. Uñ in daniele legit̄. Nō est ꝯfusio ꝯfitētib⁹ te. Quidā aūt signāt se tm̄ in frōte z in pectore q̄si in vtroq supliminari. Cler⁹ ṽo z ppl̄s audito titulo euāgelij. s. seq̄ntia zc̄. siue bono nūcio v̄tētes se ad orientē siue ad altare vt deū q est ver⁹ oriens glorificēt: q2 misit eis v̄bū salutis sic̄ legit̄ in actib⁹ ap̄loꝝ: z glorificauerūt deū dicentes: g̃ z gētib⁹ de⁹ pniam dedit z vitā: cū reuerētia z honore rñdent: gloria tibi dñe. Proposito itaq euāgelio ad legēdū: in quo agit̄ de gloria z de nr̄a liberatiōe. s. q̄liter xp̄s dyabolū deuicit: z nos ab ipsius seruitute liberauit: z victor ad gloriā patris ascendit: ipsi auditores euangelij letantes in laudē sui saluatoris cōclamāt dicentes. Gloria tibi dñe: q̄si dicāt gloria tua: q̄ nobis in euangelio p̄dicat̄ nobiscū: sint sine ꝑmaneat: z semper crescat: z hec dicēdo signo crucis in frōte: in ore z in pectore se silr ꝯ diabolū muniūt ne eos ipediat in audiendo. Jn fronte quia ibi est locus pudoris z verecundie. Uñ per

hec q crucem fronti imprimunt: ostendunt se non erubesce
re credere crucifixū cuius liber legit: z eū hre deū z dnm.
Per hoc q in ore signāt significāt crucē dni audacter pdi
care. Per hoc q in pectore ostēdūt se libēter cōpati p noie
xpi: qua et cōne gdā qndiu euāgeliū legit cū vtroq pollice
sū pect⁹ signū crucis figurāt. ¶ Rursus nos i ore signam⁹
ad designādū q de pbis euāgelij dz eē locutio nra. In pe
ctore pro ad designādū q pba euāgelij debēt nos pcutet in
pectore z in mēte. Mox pro post factū signū cruci pfus dia
conū audituri euāgeliū se puertūt. De cruci mysterio dicet
in phemio gnte ptis. ¶ Porro alicubi subdyacon⁹ dū legi
tur euāgeliū sinistrā manū libro supponit ad notādū q il
li qui sub tpe legis fuerūt quoz finis seu vltim⁹ fuit Joā
nes quē significat subdiacon⁹: z si aliq bōa agebāt: illa tn
debilia z infima erāt q p sinistrā significant qz si lex ad gra
tiā disponeret tn gfaz nō pbebat. Cōuenienter ergo sinistra
man⁹ libro euāgelij supponit. In quo xpi fides pdicat si
ne q p opa legis nemo saluat. ¶ Rursus p sinistrā manū
tpalia: p libz euāgelij spūalia ɔgrue designant. Man⁹ er
go sinistra libro suppōit ad notādū q sicut aia sine corpore
nō viuit ita nec spūalia diu sine tpalib⁹ subsistere pnt. Ter
minat aūt euāgeliū exaltando vocē in fine put sub epla di
ctū est: z mox illo finito munit se dyacon⁹ signo crucis: ne
diabolus susceptū semē euāgelij de vase signato surripiat.
Et deinde euāgeliū osculat ad notādū se ex charitate: z amo
re euāgelizasse. Auditores pro se pfus orientē puertūt quasi
ad hierusalē gfas agētes: qz inde venit ad nos euāgeliuz.
Juxta illō qō dns dixit in euāgelio aplis. Vos eritis mi
hi testes hoz in oēs gētes icipientes ad hierusalē: z signo
crucis se i pectore muniūt ɔ diabolū: ne semē pbi dei suffo
cet in cis: vn luce. 8. Volucres celi comederunt illud. Et ne
sermonē dni i capiat de pectorib⁹ coz: qsi dicat de⁹ nos faci
at in doctrina xpi pseuerat: z vt significet se hēre in corde
qō exprimit ore. Qō et aptius designat in qbusdā ecclesijs
in qb⁹ finito euāgelio dr: amē: z bn: qsi dicāt vez est: qō in
euāgelio dcm est: qō est ɔ quosdā hereticos q lecto euange
lio qsi ɔdicentes dicūt falsum est. Vel amē. q.d. fiat nobis
qō dns in euāgelio pollicet. Juxta illō. Neemie. 8. Bndi
xit esdras dno deo magno. Et rndic oīs ppls amen amen.
Et eleuātes man⁹ suas icuruati sūt z adorauerūt pni i ter
raz. In alijs pro ecclesijs: dr deo gratias: sic fit post aliquaz
lectionē vel caplm. Quidā et litteram dicūt. Bndict⁹ qui
venit in noie dni: qō est finis euangelij mathei: qō legit in
festo beati Stephani: z in dnica palmaz. In qbusdā lo
cis cerei: qui significāt doctores p quos ecclesia illuminat
post lectū euangeliū extinguunt: qm xpo in eis loqnte pns
ecclesiā illuminare: eo aūt tacēte. i. spū sancto abeis recedē
te hoc nequeūt. Preterea euāgelij pdicatiōe finita: lex z p
phetie cessabūt. In nōnullis tn ecclesijs dū euāgeliū legit
candelabra cū cereis deponunt ad terrā ad notādū legem
z pphetiā inferiorē euāgelio esse. Cōsequēter subdyacon⁹
codicē euangelij refert: dyacon⁹ pro vacu⁹ redit: vt osten
dat se pdicatione finita ɔtēplationi vacare. Veniens aūt
pus ad legēdū euāgeliū libz in qbusdā ecclesijs ferebat ad
notandū q ipse nō solū debebat docere: sz z facere. Redit
et ad epm seu sacerdotē: vnde venit ad notanduz q omnis
doctrina a deo est: z ad ipsuz reuertit. Vn salomon: vnde
exeu t flumina reuertunt. Textus quoq euāgelij sup pul
uinar reponit: qz ecclesia vt audiuit euāgeliū illud suaui
ter corde suscepit: z letata est. Juxta illō. Audiuit: z letata
est syon: z ait. Anima mea liquefacta est vt dilectus locut⁹
est. Liber quoq euangelij: z thuribulū ad pōtificē reportā
tur: qz ad eū oia bona referenda sunt a quo cūcta pcedūt:
Ipse. n. est finis ɔsumās: sz nō ɔsumēs alpha z o primus
z nouissimus initiū: z finis. Naz z apli pdicatione pacta
ad xpm reuersi sunt referētes ei gfas de miraculis z pdica
tiōis pfectu. ¶ Eps vero thus adorat: z euangeliū oscula
tur. Primo ad notandum qz qō eps inspirauit z docuit h
approbat z acceptat. Deus. n. nihil accipit nisi qō efficit
nec remunerat nisi qō donat: qz sicut cūcta: que facit bona
sunt: sic nulla sunt bona nisi que fecit. Nā vidit de⁹ cūcta
que fecerat z erant valde bona. Scdo apertū codicez osculat
ad significādū q scire dz: z nuda ac apta sibi esse debent q
cunq sunt in lege: vn luce. 8. Vobis datū est nosse mysteri
um regni dei: z malachie. 2. Labia sacerdotis custodiant
scientiā: z legē reqrūt supple subditi de ore ei⁹: ex de here.
cū ex iniūcto. Tertio qz ipse solus intrat in sancta sanctoz
put in phemio huius ptis dictū est. Quarto qz hmōi os
culū significat affectū amoris ad euāgeliū q pcipue in epo
vigere dz adeo vt parat⁹ sit mortē p eo subire. 25. q. i. vio
latores. Quinto subdyacon⁹ libz apertū plato seu sacerdoti
offert ad osculandū ad notādū: ipsuz debere delectari in fi
de fideliū: que in fusa est in eis: z pate facta per euāgelij pre
dicationē: que prius in lege fuerat clausa. Postea in qbus
dā ecclesijs liber clausus illis: qui sunt in choro oñdit p eo
q post pmissa pba vobis datū est zc. seqt in aplo: ceteris aūt
in parabolis. Et est aduertēdū q postq dyacon⁹ lecto euā
gelio libz osculatus est ad notādū se ex charitate z amore
euāgelizasse: tūc de mū fert euāgeliū epo: qui xpz significat
ad osculandū. i. ad pdicationē acceptādā: z nō aū ad figu
randū q deus illā dūtaxat ad pdicationē acceptat: q sit ex
amore z charitate. Verūtn in missa p defunctis euāgeliū
nō fert pontifici ad osculandū: tū qz tūc pmisse rōnes ces
sant: tūz qz in missa illa oīs solēnitas subtrahit: ne festiue
solēnitates cū defunctorū meroribus misceantur. Legens tn
euāgeliū in missa pro defunctis libz in qbusdā ecclesijs os
culatur: qz quicūq illō pnūciat dz charitatis amore in il
lum tēdere cui⁹ doctrinā euangelicā recitauit: qui amor p
osculū designat. Et aduertēdū q statim post libri osculuz:
sacerdos minister pōtificē q xpm designat icēsat ad ostēdē
dū q sacerdotis maxie officiū est orōnis ignitū sacrificiuz
qō per icēsum significat xpo offerre nō solū in expiationē
delicti: vez et in gratiaz actionē put in Leuit: habet. Po
test et sub epilogo dici: qz q liber euāgelij p subdyaconum
portat: q subdyacon⁹ pulpitū ascēdit: q aperto libro ppl̄z sa
lutat: z oēs rñdent: q titulū euangelij pmittit: q alta voce
z distincte: z ɔ aqlonē legat: q oīs ppls audiat: z oculos ad
libz dirigat: z in silentio ac stando audiat: z in fine ad celū
man⁹ leuās orat dicens amē. Hec inquā oīa z singula ex le
ge sumunt. Legit. n. in pncipio Neemie q ɔgregato pplo
ad plateā q est ante portā aqz: Esdras scriba attulit librū
legis moysi: z stetit sup gradū ligneū quē fecerat ad loquē
dum z apuit libz corā oī pplo. ¶ Porro leuite silentiuz fa
ciebāt in pplo ad audiēdū legē bndicētes deo magno z oīs
ppls stans in gradu suo rndit. Amē. Et legerūt in libro le
gis dei distincte: z apte ad itelligendū. Oīs pro ppls eleuā
tes man⁹ suas adorauerūt proni ad terrā. Illud quoq pter
eūdū non est q euangelijs: que in ecclesijs legunt generalr
due pfatiōes pmittunt: pmaē. Initiū sci euāgelij: scda se
quentia sancti euangelij. Siqdē pma pfatio pmittit pnci
pio cuiuslibet euāgelij qrtuor euāgelistaz. s. euangelio Joā
nis. In pncipio erat vbū: z euāgelio mathei. Liber gña
tiōis: euāgelio luce. Fuit in dieb⁹ herodis: z euāgelio mar
ci. Principiū euāgelij Jesu xpi: qō in qbusdā ecclesijs legi
tur in pma dnica de aduētu: vt ibi dicit: z tūc nō subijcit
illis. In illo tpe: qz in ipsis pncipijs agit: z determinatur
certū tps: vn eēt nugatio: z superfluū eēt pba illa. Scda vero
pfatio pmittit oib⁹ alijs euāgelijs. Et dr sequētia: qz verba
ipsa que legēda sunt sequunt post initiū seu post ea: que pre
cedūt euāgelio: vn sumpta sunt: vn cū dr: sequētia supplen
dum est: sunt pba sancti euāgelij zc. vel sequētia est nume
ri singularis: z tūc cū dr: sequentia sancti euangelij sz Jo
annem: supplet hec est. ¶ Sane in euāgelijs qb⁹ ipsa scda
pfatio ppōit subijcit qnq. In illo tpe: z qnq nō subijcit.

Si quidem sint in illo tpe: dicuntur qn ex eorum verbis certum est de tpe: vt pmissum est: et tunc incipiunt per aliquam determinationem regie vel alterius ptatis: vt illud. Anno quintodecimo tiberii: vel per simplicem rei geste narrationem certum tps determinantem: vt illud: cum esset desponsata: et illud. Postquam consumati sunt: et illud. Cum natus esset Jesus: et illud. Factum est autem cum baptizaretur: et illud. Cum autem esset annorum duodecim: et illud. Postquam impleti sunt dies: et illud. Vesperi autem sabbati et illud. Elisabet impletum est rc. Reliquis vero euangeliis subiicitur: In illo tpe: et est sensus. In illo tpe. s. gratie de quo dicit apls Ecce nunc tps acceptabile rc. de pe. di. i. ecce. ¶ Non est etiam omittendum quod euangelium legitur in ecclesia quandoque secundum historiam. vt illud quod dicitur in die pasce. Maria magdalena et Maria iacobi rc. et illud: quod cantatur in natali ad secundam missam de pastoribus. Quandoque secundum allegoriam: vt illud quod legitur in assumptione beate Marie: in quo mentio fit de Maria et Martha: vbi dicitur. Intrauit Jesus in quoddam castellum rc. prout ibi in septima pte dicetur. Quandoque secundum rem: vt illud de sancta trinitate. Quandoque secundum personam. vt illud quod cantatur in festo sci Tome apli vbi dicitur. Thomas vnus de duodecim. Quandoque secundum pte vt illud: quod dicitur in festo sancte Crucis de Nicodemo: vbi dicitur: sic oportet exaltari filium hominis rc. In quo verbo xps passionem suam significat et exaltationem corporis sui in cruce. Et ideo euangelium in quo hec clausula continetur legitur in festo sancte crucis: et in festo michaelis archangeli: propter illum versum. Angeli eorum semper vident faciem patris mei: qui in celis est. Item etiam secundum partem: vt illud. Liber generationis rc. Et hoc propter vltimum versum in quo fit mentio de xpo. Quandoque secundum totum vt illud quod legitur in circumsione dni. Postquam consummati sunt dies octo rc. Quandoque secundum tempus: vt illud quod dicitur in prima die quadragesime. s. propter ieiunium. Quandoque propter letanias vt illud. Si quis petierit rc. quod in letaniis dicitur in quo fit mentio de ouo pane et pisce. Et quandoque propter locum vt illud quod legitur in dnica sexagesime. s. Exiit qui seminat rc. Sane mulier etiam abatissa non debet legere euangelium. Licet. n. beata virgo dignior et excellentior fuerit aplis vniuersis: dns tamen non commisit ei claues regni celorum. extra de pe. et re. noua. hic est quod abatissa non pot proprias moniales benedicere vel earum confessiones in criminibus audire vel euangelium legere vel publice pdicare. In matutino tamen potest: sed non publice euangelium dicere. 7. q. i. dyaconissam. ¶ Et nota quod quattuor sunt euangelia de beata Maria: vt dicetur in sexta parte sub festo assumptionis.

¶ De symbolo. Rubrica.

¶ Est aũt plus de vino q̃ de aq̃ ponẽdũ arbitrio sacerdot ita tñ q aq̃ a vino absorbeat: ꝛ vini saporẽ retineat:extra de celebra. mis. pnicsiosus: ꝛ hoc in signũ q ecclesia dz icor porari xp̃o nõ xp̃s ecclesie: vñ augu. Nõ tu mutabis me in te sicut cibũ carnis tue: sed mutaberis in me: de hoc ẽt dice tur sup dict. ꝓbo. Hic est calix: ꝛ in. 6. pte sub. 5. feria cene dñi ppe fi. Predictus ẽt alexander papa statuit oblatiõez ex azimo ꝛ in modica fieri quãtitate dicẽs. Nec oblatio q̃ to rarior tãto ꝑciosior. ¶ Nõ est ẽt obmittẽdũ q in missis ꝑuatis ministrans sacerdoti ampullã cũ vino: manũ ei⁹ nõ osculat: sz ministrans ampullã cũ aq̃ sic: qꝛ vinũ xp̃z: aq̃ genus humanũ: osculũ ꝓ pacẽ inter deũ ꝛ hoiem significat reformatã Regulariter tñ cũ celebrãti aliqd porrigit vel ab eo recipit man⁹ osculũ interponit: ad designãduz q oẽ seruitiũ oisq3 reuerẽtia deo exhibita cui⁹ vices celebrãs gerit pcedere dz ex feruore charitatis ꝛ amoris: q p man⁹ osculũ designat: de h ẽt sub euãgelio dcm̃ est: ꝛ sub ti. de pacis osculo dicet. Calix aũt ponit rome ad dextꝝ latus oblate: ꝛ bñ q̃si sanguinẽ suscepturꝰ q de latere xp̃i noscit pfluxisse: ꝛ ad designãdũ sanguinẽ ꝛ aquã de dextro xp̃i latere emanasse: ꝑterea nisi a latere stet recta pa crucis que fit cõiter sup hostiã ꝛ calicẽ nõ pducit solũmõ super hostiã qd tñ fieri debet. Crux. n. ipsa icoari dz sup hostiã: ꝛ pfici sup calicẽ put ex diuersis locis ꝛ verbis ipsi⁹ canonis colligit euidẽter: de hoc dicet in. 8. pticula canonis sup ꝓbo: hostiã sanctã. Cõiter tñ alibi ponit hostia iter sacerdotẽ ꝛ calicẽ. Primo ad notãdũ q xp̃s est mediator dei ꝛ hoiuz. ie. di. q̃si ꝛ fm̃ hoc sacerdos deũ patrẽ: hostia xp̃m: aq̃ in calice ppl̃m significat: q nõ nisi xp̃o mediãte ad resurrectiõis gaudiũ possum⁹ puenire. Scdo ppinqor est sacerdoti hostia q̃ calix: qꝛ prius a xp̃o ꝯsecrata legit q̃ sanguis: ꝛ aplis prius data: sed hec rõ facit poti⁹ p dictis romanis: q cruces incipiunt sup hostiã: ꝛ deinde eas sup calicẽ pducũt. Porro cũ sacerdos accipit patenã cũ hostia: vt ceolũ cũ aq̃: calicẽ cum vino: thuribulũ cũ incẽso: efficit sup ea crucis signaculuz: vt per crucis ꝟtutẽ ois conatus dyabolice malignitatꝭ effugiat: ne ꝯ̃ sacerdotẽ vel sacrificiũ aliquo mõ preualeat. ¶ Et nota q in ampullis in qb⁹ vinũ ꝛ aq̃ ꝯtinet p sacrificio spũaliter ꝯsiderãdũ est q in pua substãtia icõpacbẽsibilia cõtinent futura sacra. Dicit aũt ampulla q̃si ampla bulla significãs cor humanũ qd ampluz dz esse latitudine charitatis. ¶ Rursus ampulle. i. vasa ad offerẽdũ vinuz sunt ꝑdicatores mordaciter icrepãtes: vel qlibet spũs sancti gra inebriati: ꝛ alios inebriãtes. Idrie ꝓo. i. aqrica vasa sunt doctores aq̃ sapiẽtie saturari potari ꝛ vitalib⁹ aqs repleri. ¶ Rursus adhuc pmissa alio ordie prosequamur. In qbusdã ecclesijs subdyaconus portat calicẽ in sinistra patenã in dextra ꝛ desup corporale: vn⁹ cãtor oblatã cũ fanone: ꝛ vinũ cũ ampulla: alter ꝓo ꝑber aquã vino miscendã: vltimo dyaconus fundens aquã in calice offert ꝑsbytero seu epo. Nempe subdyaconus est xp̃s: calix passio: patena crux: sinistra ꝑsens vita, dextra futura: corpale ecclesia: vnus cãtor iudaicũ ppl̃m figurat: alter gentilez: ampulla deuotionẽ: oblata corp⁹: vinũ sanguinẽ: aq̃ ecclesiã: archidyaconus xp̃m: ꝑsbyter seu epõ deũ patrẽ. Subdyaconus ergo calicẽ portat in sinistra: qꝛ xp̃s de torrẽte bibit in via. i. passionẽ sustinuit in pñti vita: patenaz in dextra: qꝛ per crucẽ peruenit ad gloriã: pp hoc. n. exaltauit illũ deus desuper corpale: qꝛ eius passionẽ ecclesia nõ desinit imitari. Corporale. n. cãdidat: ꝛ ecclesia p multas tribulatiões xp̃o cõformat. Subdyaconus ẽt nr̃. s. xp̃s patenã cũ calice portauit: q̃si crucẽ in passione baiulauit. Prim⁹ cãtor offert oblatã cũ fanone ꝛ vinũ cũ ãpulla: qꝛ primitiua ecclesia de iudeis suscepit fidẽ passionis in deuotione mentis. Oblatã ergo nõ nudis manib⁹ sed cũ fanone cãdido. i. cũ manipula alba ꝛ mũda offert: ad notãdum q xp̃i corpus ab his tãtum digne suscipit: qui carnẽ suã cũ vicijs ꝛ ꝯcupiscẽtijs crucifigũt. Alius aũt cãtor offert aquã quã dyaconus miscet vino ꝛ offert ꝑsbytero seu epo: hec est gẽtilitas que suã obtulit multitudinẽ: quã xp̃s i passiõe obtulit deo pri. Pôtest. n. nõ icõpetẽter dici q altare mẽsaz dñi in q̃ cum discipulis suis ꝯuiuabat: ara crucẽ: calix sepulchꝝ vel passionem xp̃i. de quo in pma pte sub tit. de picturis dcm̃: ꝛ patena que a patẽdo dr̃ cor latũ ꝛ amplũ significat: sup hãc patenam. i. sup latitudinẽ charitatis sacrificiũ iustitie dz offerri: vt holocaustũ aie pigue fiat. Hãc cordis latitudinez hebant apli cũ petrus dicebat. Et si oportuerit me mori tecũ nõ te negabo. Silr ꝛ oẽs apli xp̃o dixerũt. Sz latitudo cordis ab eis aufugit ꝛ latuit: cũ oẽs magistro relicto fugerunt ꝛ latuerũt. Ad qd significãdũ post susceptã ide oblatã sacerdos abscõdit sub corpali patenã: vel saltẽ eã ab altari remotã subdyacon⁹ retro ꝯtect inuolutã. Per hoc ẽ discipuloꝝ fuga vel latibulũ vel isidelitatis excecatio designatur: qui dũ verꝰ sacrificiũ offerret xp̃o relicto fugerũt ꝛ latuerũt: sicut eis ipse ꝑdixerat. Oẽs inqt vos scãdalũ patiemini in me in hac nocte. Scriptũ est. n. pcutiã pastorẽ ꝛ dispgent oues gregis: postq̃ aũt surrexero ꝑcedã vos in galileã. Aliquãta pticula patene ñ abscõdit vt oñdat q beata ꝟgo ꝛ btũs Ioãnes euãgelista nõ fugierũt nec latuerũt de hoc dr̃ sub ti. de scis. Et iõ sacerdos dicitur⁹: pax dñi: q̃si dñice resurrectiõis annũciatur⁹ eulogiũ resumit patenã: qꝛ cũ eẽt sero die illa vna sabbatoꝝ ꝛ fores eẽnt clause vbi erãt discipuli ꝯgregati: pp metũ iudeoꝝ venit iesus ꝛ stãs in medio dixit eis Pax vobis: resumẽs oues q̃ trepidãtes aufugerãt. Rursus patena que pp sui formã diuinitatẽ q̃ initio caret ꝛ fine significat: vsq3 ad dñicã orõnẽ absconsa tenet: ad designãdũ q diuinitas nobis abscõsa ꝛ velata ẽ in hoc mũdo: sz q̃n in orõne dñica dr̃. Panẽ nr̃m: manifestat ad ostẽdẽdũ q q̃n ad panẽ nr̃m: q in celis ẽ puenicm⁹: tũc diuinitas que in hoc mũdo abscõsa ꝛ velata ẽ manifestabit se nobis ꝛ videbim⁹ ipsuz sicuti est. De hoc dicet sub ti. de resumptiõe patene In qbusdã tñ locis patena discooperta tenet: ad designãdũ q sacerdos orat p eternis: que p xp̃i ꝑdicationẽ nobis reuelant. Per patenã. n. que rotunda est eternitas: que ꝑncipio caret ꝛ fine: ꝯgrue designat. ¶ Sane subdyacon⁹ tenet patenã a pte posteriori eleuataz q̃si diceret. Imitamini me qui posterioꝝ oblit⁹ ad añteriora me extẽdo: inuẽs ẽt q referre debem⁹ oia opa nr̃a ad xp̃z ꝛ ad coronã eternã. Patena quoq3 seorsuz a calice reuoluta s. ps supior subt⁹ posita significat lapidẽ a sepulchro ꝯmotũ ꝛ reuolutũ. Et nota q dyacon⁹ tradit patenã subdyacono tenẽdã inuẽs q xp̃s ꝯtulit discipulis suis ꝑtãtẽ ꝑdicandi regnũ dĩ. Circa hoc ẽt videbit sub ti. d resũptiõe patene. ¶ Circa oblationẽ ppl̃i notãduz ẽ q ppl̃s offerre dz. Iuxta illõ epo. Nõ appebis in ꝯspectu dei tui vacu⁹: de cõs. di. i. ois. Per oblata quoq3 munera possum⁹ ꝯmemorare copiosaz victimã: q̃ oblata ẽ a pplo cũ rex salomõ tẽplũ ꝛ altare dño sacraret. Exẽplo. n. illi⁹ plebs fidel offert se ꝛ dõa deo: sz i ve. te. ꝯuenicbat ppl̃s i hierusalẽ qbusdã magnis solẽnitatib⁹. s. pasca: pẽthecoste: ꝛ i festo scenofegiaꝝ vt orarẽt in tẽplo ꝛ tũc tenebant offerre. Et nota q in ve. te. ppl̃s offerebat sacrificiũ legale ꝛ volũtariũ p peccato: p graꝝ actiõe dõa vota ꝛ holocausta. ¶ Sacrificiũ legale sunt decie ꝛ pmicie vl ea q̃ lex iussit offerri: deut. 12. c. Volũtariũ ẽ qd spõte p peccato ꝛ p legis trãsgressiõe offerebat. Dõa sunt q̃ in tẽpli ornatũ offerebant: vota q̃ p piculis ifirmitatũ vl belli. De holocausto pmissum ẽ: vñ dr̃ i paralipome: q obtulerũt ꝑncipes p vot: p spõtanei: p peccato: p regno: p sanctuario: p iuda. Rit⁹ igit synagoge trãsiuit in religionẽ ecclesie ꝛ sacrificia carnal ppl̃i mutata sũt i obseruãtiã ppl̃i spũal. Nã sic ppl̃s ille moysi ꝯscẽdẽti i mõte diuersa dõa ad faciẽdũ tabernaculũ offerebat: sic epo i pulpito veniẽti xp̃iani deuotas offerũt oblatiões. Alius offert auꝝ imitatus magos: qui auꝝ dño obtulerũt. Ali⁹ argẽtuz: secut⁹ illos qui

pecuniã in gazophilatio posuerũt. Alius ṽo aliqd de sua substãtia: vt associet illis qui per paulũ z barnabã necessaria pauperibus trãsmiserũt: nec est curãdũ que q̃titas vel spẽs offerat: s; poti⁹ mẽs attẽdit offerẽtis: vñ ꝓuer. 3. Honora dñz deũ tuũ de tua substãtia: z thobie. 4. Ex tua substãtia fac elemosynã: z magi obtulerũt xp̃o nato aurũ thus z mirrã. math. 2. Juxta illd ps. Tibi offerẽt reges munera: nec s; Gre. offerẽs a munerib⁹: s; munera ab offerẽte placẽt. Offerũt quoq; legale sacrificiũ in decimis z p̃miciis: volũtariũ in spõtaneis oblationibus: ꝓ peccato võ penitẽtias redimũt: ꝓ grãꝝ actiõe võ ꝓ collatis a deo aliq̃ gr̃a grẽs offerũt. Dona võ in edificia ecclesiaꝝ vel vestis aliqd offerũt: vota võ qd in piculis vouerũt exoluũt. Holocaustũ offerũt qui seculũ dereliquũt: z sua pauperibus distribuũt. ❡ Offerẽs aũt manũ sacerdotis osculat per qd fides cũ ope designat: de quo ẽt iam p̃missum est. ❡ Offerẽs ṽo panẽ z vinũ significat discipulos qui p̃ueniũt parat necessaria ad pascha. ❡ Ueꝝ clerici z mõachi et administratões h̃ntes nõ offerũt nisi in officio mortuorũ z in noua celebratiõe sacerdotis: z in qbusdaz p̃cipuis solẽnitatibus: de cõ. di. i. alia: cũ. n. ipsi de oblatiõibus viuãt: z ipsi ac sua deo oblati sunt nõ tenent offerre. Uiri aũ mulieres offerũt. Ipsi. n. fortes in xp̃o designant. s. martyres q in p̃mitiua ecclia plures ꝯtumelias passi xp̃o victimã obtulerũt võ occubuerũt. Deinde mulieres q̃ fragilitates designãt. s. ꝯfessores: q tpe pacis dño laudis hostias obtulerũt. Preterea vir caput est mulieris: z iõ a capite ratio est reddẽda. ff. de edẽdo: argẽtari⁹. ❡ Subdyaconi aũt vel acoliti recipiũt oblationes que ad manũ epi deferuntur: ad notãdũ q ipse nõ sua s; aliena manu dz tpalia ministrare. ❡ Sane roman⁹ põtifex nullã oblationẽ manibus tãgit nisi illã q̃ ꝓ defunctis: quã iõ mãib⁹ accipit: vt sigillet errorẽ dogmatizantiũ elemosynas nõ ꝓdesse d̃functis: z nisi oblationẽ pãis quã tãgit: vñ pp reuerẽtiã sacrificij qd ex pane ꝯficit: cuiz qi est vicari⁹ ei⁹ qui de se dicit: Ego sum panis viu⁹. Ceteras ṽo oblatiões ad pedes accipit pp illud qd in actib⁹ aploꝝ h̃etur: qm offerebãt precia eoꝝ que vẽdebant z ponebãt aũ pedes aploꝝ: z q2 oia sua sunt ꝓut sub euãgelio tactũ est. Et sacerdos oblatões manu tãgit repñtans illd leui. i. z. 4. Ponetq; man⁹ sup caput hostie z acceptabilis erit atq; in expiationẽ ꝓficiens. Et nota q ꝓ defunctis offert panis z vinũ. Juxta illud thobi. 4. Panẽ tuũ z vinũ tuũ super sepulturã iusti cõstitue. i. distribue. Et pecunia siue argẽtũ exẽplo iude machabei qui misit offerri. 12. milia dragmas argẽti ꝓ peccatis mortuoꝝ. 2. machabe. 12. Et p̃cia eoꝝ ponebant ante pedes aploꝝ vt p̃missum est. Et lumẽ ad illuminandũ illos qui in tenebris purgatorij sedẽt q̃n offerẽs ipso sacerdote dicat. Lux eterna luceat eis dñe zc. ❡ Sane moyses videns q ppl̃s multa obtulisset: iussit p̃conis voce cãtari ne quis vltra offerret exo. 35. z. 36. c. Nullus tñ sacerdotũ nr̃i tpis talia facere visus ẽ. In nõnullis locis pochiani in die natalis dñi offerũt sacerdotib⁹ panes quos kalendarios vocant: pp illud qd legit leui. 22. Offerẽtis panes duos sacerdoti qui cedũt in vsuz eius. Et vocabitis hũc diez celeberrimũ atq; sanctissimũ zc. Susceptis itaq; a pplo oblationib⁹ z choro offertoriũ cãtante eps vel sacerdos ad altare reuertit: q̃m xp̃s susceptis fideliũ votis cãtantib⁹ turbis Osanna in excelsis in ꝓximo imolãdus intrauit in tẽplũ.

❡ De secunda thurificatiõe. Rubrica.

Oblatione mystica de q̃ premissum est suscepta statĩ adolet icensum: per qd illud innuit qd statim subscribit a Joãne in euãgelio de quo p̃missum est ꝓpe p̃ncipiũ p̃cedẽs ti. Maria ergo. s. Magdalena accepit librã vnguẽti nardi pistici preciosi z vnxit pedes iesu: z īpleta est dom⁹ ex odore vnguenti: z sacerdos in modũ crucis sup̃ducit z circũducit icensum sup̃ sacrificiũ z altare: vt z crucis signaculo z thuris icẽso dyabolice fraudis malignitas expellat z effugiat. Qd ṽo tertio sup̃ducit z circũducit incẽsum: designat: q maria ter exhibuit z adhibuit vnguẽtũ circa corp⁹ iesu. Prio. n. vnxit pedes illi⁹ in domo simonis pharisei. Scdo cũ in domo symonis leprosi sup̃ caput eius vnguentũ effudit. Tertio cũ emit aromata vt veniens vngeret ihesuz iã positũ in monumẽto: volũtas. n. reputat ꝓ facto. 17. q. i. z si ergo: cũ per ipsam nõ steterit quo min⁹ expleuerit qd icepit. Qd ṽo postmodũ vndiq; totũ incensatur altare: designat q post sacrũ illud totã respsit ecclesiã sicut dñs ipse testatur. Amen amẽ dico vobis: vbicũq; p̃dicatũ fuerit euãgeliũ hoc in toto mũdo dicet q z hec fecit in memoriã ei⁹. Põt ẽt dici q altare thurificat in figuraz angeli q stetit iuxta aram tẽpli h̃ns thuribuluz in manu sua: de quo fumus aromatũ in ꝯspectu dñi ascẽdebat. Christus. n. magni ꝯsilij angel⁹ carnẽ imaculatã igne sancti spũs plenaz ꝓ nobis in ara crucis obtulit dño in suauitatẽ odoris. Fumus aromatũ sunt oõnes scõꝝ que p ardorẽ charitatis ex passione dñi ꝓpagate ad deũ patrẽ ascẽdũt z nos ad coronã trinitatis ꝓducũt: iõq; sacerdos thurificat in modũ crucis z corone: si semel thurificat recolit vnicã passionẽ: si aũt semel coronat vnit⁹ denarij retributionẽ. Si ṽo ter: eternitatis in passiõe operationẽ z triũ ordinuz glorificationẽ: z iõ thurificãs ait. Dirigat oro mea sicut icensum in ꝯspectu tuo. z. c. m. m. sa. ve. Moraliter aũt icẽsum deuotiõis adolendũ est in thuribulo cordis igne charitatis vt odorẽ suauitatis emittat. vt. vz. tã nos q̃ oblatio nostra sim⁹ bonus odor deo: de quo dicit scriptura fungi sacerdotio z habere laudẽ in noie ipsius. z. o. il. in. d. l. o. s. Hoc. n. icẽsum sacerdos accipit. i. xp̃s acceptat z incẽsat ex eo sacrificiũ z altare. Põt ẽt dici qd thuribulũ qd oblationi sacerdos sup̃ponit significat xp̃m per quẽ petit vt sibi ꝓpicietur deus. Sane oibus defert incẽsum vt ostẽdatur q oia a sacerdote facta ptinẽt ad oẽs: vñ psalmista. Dirigat dñe oõ mea: sicut incensum in ꝯspectu tuo: nisi in missa ꝓ defunctis vt dicetur i. 7. pte sub ti. de officio mortuoꝝ. In ꝯcilio rothomagẽ. i bu. cardo libro. 3. c. vt tpe ita legit. In tpe quo legit euãgeliũ finito euãgelio sup̃ oblationẽ incẽsum in mortẽ vz redẽptoris nostri ponat decreuim⁹. Leo ẽt papa statuit incẽsum sup̃ oblatã poni. Quidã tñ heretici garriũt nõ esse in missa thurificãdũ: qm xp̃s in cena terrenũ incẽsum nõ fumigauit: z Jsa. Incẽsum est abhominatio mihi. Quare altare z crucifixus thurificant dictũ est sub ti. de aque b̃ndictiõe asꝑsiõe. Post thurificationez iterũ digitos lauat: nec deinceps vsq; post cõiõnẽ cũ eis cũ qb⁹ sacrã hostiã tractare h; aliqd tãgat sed post eius eleuationẽ eos iungat: vt dicet sub. 8. pticula canõis. Minister quoq; epi trahit z super brachia ei⁹ informat planetã z alia indumẽta: nã z legalis sacerdos dum sacrificabat fimitates balthei super humerum reflectebat.

❡ De iclinatiõe sacerdotis z osculatiõe altaris ac oõne.

Purificationis expleto mysterio sacerdos se iclinãdo dic. Suscipe scã trinitas zc. qd sumit de tertio danielis: vt. vz. hostiã offerat ex pinguedine charitatis vt sit dign⁹ ad sacrificiũ imolãdũ. Sacerdotis iclinatio xp̃i h̃ũilitatẽ significat q exinaniuit semetipsum formã serui accipiẽs fact⁹ obediẽs vsq; ad mortẽ mortẽ aũt crucis: q ẽt iclinãs se ad pedes discipuloꝝ post sacr̃m in cena traditũ orauit ad p̃rẽ. Postea ṽo se erigẽs osculat altare ad notãdũ q p passionem xp̃i ppl̃s liberat⁹ est z deo patri recõciliat⁹: vnde apl̃s ad ephe. 3. Faciẽs pacẽ vt recõciliet ambos deo in vno corpe. Cõsequẽter sacr̃m incepturus orat p̃mũ ꝓ se. deinde ꝓ pplo.

Conuertens enim se ad illuz sub silentio dicit: Dñs vobiscū: sicut dictū est sub ti. de salutatione: ⁊ mox voce aliquantulū eleuata vt oratio oīuz auxilieť ei quasi nō ꝑsumens ꝙ solus possit tm̄ mysteriū exeq̄ monet illū dicens. Orate ꝑ me fratres ⁊c. ⁊ ego ꝓ vobis: in quo significať illud qđ xp̄s discipulis suis dixit Lu. xx. Orate ne intretis in tēratōez ⁊ ibidem. Ego ꝓ te oraui petre. Monet aūt orare vt sacrificiū fiat deo acceptabile: ⁊ ppl̄s dz sibi secrete orare rn̄dēs: Memor sit dñs oīs sacrificij tui ⁊ holocaustū tuū pingue fiat: vel rn̄det. Suscipiat dñs sacrificiū ⁊c. vel dicat. Spiritus sanctus superueniat in te: vel illō. Mittat tibi dñs auxilium de scō: vel imola deo sa. lau. Debemus. n. inuicem orare sm̄ apl̄m vt saluemur. Orauit. n. xp̄s ꝑmū ꝓ se: pr̄ inq̄ venit hora: clarifica filiū tuū: vt filius tuꝰ clarificet te: deinde ꝓ po. dicēs. Pater scē serua eos quos dedisti mihi: vt sint vnū sicut ⁊ nos: extra de sū. tri. c. ij. Dicturꝰ ergo Orate ꝓ me fratres se vertit ad ppl̄m: q2 ipsum distincte alloqturꝰ: sed dicturus. Oremus: post Dominꝰ vobiscū: se ad altare cōuertit: q2 tūc nō distincte: sed per modū ꝯceptiōis ad aliqd excitat ad scū orādū seu gratias referendū. Monito itaq̄ ppl̄o sacerdos statim reuoluitur ad altare per sinistram partē: put sub tit. de salutatiōe ad ppl̄m dictū est: ⁊ tūc tñdē dicit orationē: quā intermiserat ab offertorio citra qñ dixit. Oremus: ad notādū ꝙ xp̄s iterū redut hierosolymam ad domū oratōis quā ad tp̄s deseruerat cū secesserat in effren. Sic. n. legiť in euāgelio. Cū venisset Jhs hierosolimam intrauit in tēplū: ⁊ eiecit emētes: ⁊ vēdentes de tēplo dicēs. Domus mea: domus orationis vocabiť. Instat enim sacerdos oīonibꝰ ne indignꝰ inueniať: vt Oza: qui tetigit temere archā dñi: ⁊ ꝑcussus est a domino: nec legitur aliud fecisse nisi vxorē ꝓpriā cognouisse in nocte ꝑcedenti. Bethsamite quoq̄ q2 temere voluerūt archā dñi tangere: occisi sunt de ppl̄o. lxx. de plebe q̄nquagīta milia: ꝑciosa archa est calix dñi. Orat aūt voce demissa: ꝑmo ne vilescat officium misse: ⁊ iō oratio ipsa q2 secrete dicitur a q̄busdaz secretella: ad differentiā maioris secrete: a q̄busdaz ꝓ sacra vocatur: de quo ⁊ de huiōi silentio sub tit. de secreta dicet: vt dictum est sub ti. de offertorio. Scđo orat in silētio vt deuotius oret nec cogitet quōcius vox ⁊ corꝑis cōpositio placeant ppl̄o: q2 ⁊ dñs elongatus est a discipulis quātū cōtinet iactus lapidis vt oraret. Tertio in hoc ꝙ secrete orat significat secretas ꝑces xp̄i dicētis. Pater mi si fieri pōt trāseat a me calix iste. Math. xxvi. Quarto hoc silentiū recolit sacr̄m in sacrificijs patrū abscōditum vt in Abel Isaac in agno pascali in vitula rufa in hirco emissorio. Quinto in hoc repn̄tatur silentiū qđ dominus habuit in passione: q2 tāq̄ ouis ad occisionē ductꝰ ē: qđ ⁊ martyres imitati sunt. Unde nō murmur resonat nō querimonia ⁊c. Sexto ideo orationes que post oblatiōes sequunť in silētio: ⁊ secrete dicuntur: q2 iudei statim post suscitationē lazari voluerunt occidere Jesuz: ille ꝓ eo abscondit se in ciuitatē effren in solitudine: ⁊ tacuit a p̄dicatiōe ⁊ miraculorū opatiōe vsq̄ in sabbatū in ramis palmarū quo vēit in domū symōis leprosi: ⁊ tūc p̄dicauit apte: ad qđ designādū sacerdos in fine secrete eleuat iterū vocē dicēs palā: ⁊ alta voce. Per oīa secu. secu. qđ expositū est sub tit. de orōne. Scđo iō dr̄ alte: Per oīa: ad notandū ꝙ post resurrectionē xp̄s p̄dicauit aperte. Tertio q2 est p̄ncipiū sequētis orōnis vt iā diceť. Quia ꝓ eo q̄rit assensuz ppl̄i: ⁊ ꝯfirmationē: q2 ipse est q̄si legatus populi: iō ppl̄s assentiens voci eiꝰ dicit Amen: q2 seculū ꝑ ipsum creatū est. ¶ Adhuc dicturꝰ ꝑ oīa secula seculorū deponit manus sub altare: Primo ad notādū ꝙ oēm cogitatuz tp̄alez deponit ⁊ se totaľr deo cōmittit imolationi dūtaxat tota mēte intēdēs. Scđo manus deponit: cū. n. nūc ad cordis eleuationē: ⁊ ad grār actiōez inuitet: ⁊ eleuationē cordis per ꝯtēplationē ꝑdere debeat exercitiū bone opatōis quā manuū depositio significat: De qua opatōe postea grās referimus ei qui in nobis incipit opus bonū vt perficiat sicut dicit apostolus: idcirco tunc manus deponit.

¶ De prefatione. Rubrica.

Ante prefationē describitur in libris q̄dam figura representans ex pte anterioři lr̄az v. ex parte vō posteriori litterā. d. q̄ due littere ꝯiūcte ꝑ: vere dignū: ponunť lr̄a. vz. ꝓ dictione. Sane per litterā. v. que inferius clausa: ⁊ superius aperta est hūs initium a linea lōgiori: humanitas siue hūana xp̄i nā que in virgine p̄ncipiū habuit sed fine carebit: ꝑ. d. vero circulariter clausum diuinitas seu diuina nā que nec p̄ncipiū nec finē hz figurať. Tractus aūt in medio vtranq̄ copulās pte: crux est ꝑ quā diuinis sociant ⁊ vniuntur humana. Ideo ergo hec figura in ꝑfatiōis p̄ncipio poniť q2 ꝑ mysteriū vnionis: ⁊ dñice passiōis pacificātur hoīes angelis: ⁊ sociātur hūana diuinis i ꝑconio saluatoris. In ꝑfatōibus. n. oībus ꝯueniūt hoīes: ⁊ angeli ad ꝯcinēdum ꝑconia regni vn̄ ⁊ alta ⁊ delectabili voce cantantur: q2 vicis angelorū ꝑconia repn̄tanť. Et cātanť corā altari ⁊ a solo sacerdote. Juxta illud apoc. xiiij. ⁊ cātabūt q̄si cāticū nouū an̄ sedē: ⁊ nemo poterat dicere cāticū nisi ⁊c. Siqdē hec oīo vocať ꝑfatio: q2 ꝑcedit sacrificiū p̄ncipale. Et. n. quasi ꝑlocutio. i. ad misteriū ꝑparatio: ꝑlocutio. vz. totiꝰ orōnis secuture: a c igiť vsq̄ ad Agnus dei. In hac. n. ꝑloquitur sacerdos grates ⁊ laudes deo vt meliꝰ ad ꝯsecrādū corpus xp̄i valeat ꝑuenire. Vocať et ꝑparatio q2 ꝑpat fideliū mētes ad futurā reuerētiā ꝯsecratōis. Dr̄ et hymnꝰ āgelicꝰ q2 āgelicis laudibꝰ est plenꝰ. Uerūm̄ sacrificiū vocať in secretella oblatio: sz a Dñs vobiscū: qđ sequiť post illā sequitur vsq̄ ad Scūs vocatur hymnꝰ. Sane in ꝓximo ti. dcm̄ est in fine secretelle dr̄ alta voce: ꝑ oīa secu. secu. qđ siqdē est finis illius orōnis: ⁊ initiū ꝑfatōis: per qđ sacerdos insinuat ꝙ xp̄s est lapis angularis qui fecit vtraq̄ vnū: iudeos cōminens ⁊ gentiles. vt sit vnū ouile ⁊ vnꝰ pastor. Dicturꝰ ergo sacerdos rē attētōe dignissimā: salutat ppl̄z dicēs: dñs vobiscū: optās nos tales existere cū qbꝰ dñs maneť digneť ⁊ illud nobiscū celebrare ꝯuiuiū: ad qđ mulier attulit alabastruz vnguēti nardi pistici ꝑciosi: ⁊ effudit illud sup caput dñi recūbētis: ⁊ ppl̄s rn̄det: ⁊ cū spū tuo: ⁊ hic mutuo ꝓ se orāt. Nā ⁊ in ve. te. oēs sacerdotes orabāt dū ꝯsumaretur sacrificiuz ionatha inchoāte ⁊ ceteris rn̄dētibꝰ. Postea sacerdos consolitās subiūgit Sursum corda. s. i celestibꝰ nō in terrenis. ⁊ eleuat manꝰ ꝓp rōnes sub ti. de orōne scriptas ad fi. Chorus rn̄det: Hēmꝰ ad dñm. i. hr̄e debemꝰ: vn̄ in canōe cypriani: de ꝯse. di. i. qñ pape ita dr̄: iō sacerdos an̄ orōnē canōis ꝑfatiōe ꝑmissa parat frm̄ mētes dicēdo. Sursum corda: vt dū plebs rn̄det: hēmꝰ ad dñm admoneať nihil se q̄ dñz cogitare debere. Rursus iō chorꝰ subiūgit: hēmꝰ ad dñm: vt ecclesia vere sic mulier vnguētaria sursum ad illā verbi diuinitatē cor eleuet: ⁊ illō caput eq̄le deo p̄ri fide ꝯtingēs vnguēto catholice ꝓfessiōis perungat: cuiꝰ sane ꝑconiū sacerdos ꝓseqť dicens Grās agamꝰ dño deo nr̄o: q2 ꝓ oībus bn̄ficijs q̄ nobis ꝯtulit grās referre debemꝰ. Chorꝰ rn̄det. Dignū ⁊ iustū est: q2 sm̄ grās oīpotenti deo referre debemꝰ. Seqť: per xp̄m dñm nr̄m: supplēdū est: ꝯfidētes ⁊ credentes ꝙ per xp̄z maiestatē eiꝰ laudāt angeli: adorāt dñatōes tremūt ptātes. Hoc sacre ꝯfessiōis ꝑconiū ita recte concludit ecclesia: vt cū angelis: ⁊ hoībꝰ decātet hūc dn̄ori pectoris hymnū. Scūs scūs dñs deus sabaoth: pleni sunt celi ⁊c. de quo infra diceť. ¶ Pōt et ꝑfatiōis offm̄ ad illud referri q2 Jhs ascēdit in cenaculū magnū stratū in quo multa locutꝰ ē cū discipulis suis ⁊ grās agēs hymnū illū retulit deo p̄ri: de quo. d. Math. ⁊ hymno dicto exierūt in mōtē oliueti. Ergo per Dñs vobiscū: oratio quā discipulis fecit accipitur: per Sursum corda ascensus ad cenaculum: iteruz per sursum corda ad ꝯfitendū filio surgimus: ⁊ angelorūz

ministerium impleremus: qui vota nostra suscipiant: ⁊ ad deum pferant. Per gr͂as agamus: xp̄o recolimus gr͂arum actionē: ⁊ inuitamus pplm̄ ad agendū gr͂as deo pr̄i per filium: p quē redimimur: ⁊ cū āgel ad laudādū admittimur. Monet ergo sacerdos pplm̄ sursum. i. supra semetipsum habere vel eleuare corda ad dn̄m: iuxta exhortationē apl̄i dicētis. Que sursum sunt q̄rite nō que sup terrā. Nā qui in terrenis sunt nihil dignū deo offerre pn̄t: vbi. n. est thesaurus tuus ibi est ⁊ cor tuū. Multi quidē dn̄ ore loquunt̄ celestia corde meditant̄ terrena: qbus dn̄s improperat p pphetam. Populus hic labiis me honorat: cor aūt eoꝝ longe est a me. Chorus xo r̄ndens pfitet̄ se sacerdotis monita suscepisse. d. Habemus ad dn̄m: vn̄ diligenter puideat ne cor habēs deorsum ad seculum sp̄ui scō dānabiliter mētiat̄. Sacerdos ēt postq̄ affectos reddidit ⁊ deuotos: hortat̄ vt gr͂as agamus dn̄o deo nr̄o: qm̄ ipse est deus. i. creator: ipse est dn̄s. i. redēptor: ipse est noster. s. saluator. Tūc. n. erit verissime noster cū erit oia in oibus. i. sufficientia singuloꝝ. ¶ Rursus qz ppl̄s pfessus est se intētū eē ad dn̄m: adō pb̄yter subiūgit Gratias agamus. Chorus xo sacerdotis v̄bū approbans: ⁊ affirmās r̄ndet. Dignū ⁊ iustū est. Dignū quidē quātum ad deū: qz ipse est dn̄s deus noster. Iustū quātū ad nos qz nos sumus ppl̄s eius ⁊ oues pascue eius. Dignū quoqz ⁊ iustū est quātū ad vtrūqz: vt. s. ppl̄s simul cū sacerdote gratias agat deo a quo oia bona suscepimus. ¶ Subsequēter subiūgit sacerdos. Vere dignū ⁊c. Et fm̄ magistꝝ petrum antisiodorēn. h incipit p̄fatio. i. plog⁹ vel plocutio sequētis canonis: captans dn̄i beniuolētiā dicēs. Vere dignū ⁊ iustū est equū ⁊ salutare: dignū qz bonus est: iustū qz beneficus: equū qz misericors: salutare qz salus: vel dignū qz nos mera voluntate fecisti: iustū qz nos pura misericordia redemisti: equū qz gratuite nos iustificas: salutare. i. salute plenum: qz ppetuo nos glorificas. Nos tibi semp ⁊ vbiqz gratias agere dn̄e sancte pater oipotēs eterne de⁹: vbiqz. n. est dn̄s sanctus: vbiqz est pater oipotēs: ⁊ semp est eternus deus. Vnde ps̄. In oi loco dn̄atōis eius bn̄dic aia mea dn̄o. ⁊ iterū Bn̄dicā dn̄m in oi tpe semper laus eius in ore meo. Sequit̄: per xp̄m dn̄m nostrum. Aduocatū. n. habem⁹ fm̄ apl̄m apud patrē iesum xp̄m dn̄m nostrū q interpellat p nobis: ⁊ ipse est ppiciatio p peccatis nr̄is q exaudit̄ in oibus pro sua reuerētia. Per eū ergo quasi per mediatorē laudes offerim⁹: per eū quasi aduocatū gratias exhibemus. Per quē maiestatē tuā ⁊c. Maiestas dr̄ q̄si maior stans vel maior potestas: qz maior est eius potestas q̄ hoium: laudāt angeli: adorant dn̄ationes: tremūt ptātes: vtiqz per illum laudant: adorant: ⁊ tremunt per quē oia facta sunt: per quē simul cū patre omnes spirituū ordines sunt creati. Nam dixit deus. Fiat lux: ⁊ facta est lux. Verbo dixit: ⁊ xbo fec̄ qz verbo dn̄i celi firmati sunt: ⁊ oia per ipsum facta sunt ⁊ sine ipso factū est nihil. Choros angeloꝝ noiat qz angeli huic officio nō dubitant̄ adesse. ¶ Et est notādū q ecclesia angelis est assimilanda ad hoc vt placeat deo. ¶ Rursus per hoc qd̄ dr̄. Dn̄e sancte pater oipotens eterne deus per xp̄m dn̄m nr̄m: quē laudāt angeli adorant ⁊c. intelligit̄ q ecclesia: ⁊ angeli laudāt deū: nō solū in quātū deū: verum ēt in quantū hoiem. Dicit̄ ergo laudant. Vnde psalmista. Laudate eū oēs angeli eius: adorate ⁊c. vnde Esdras Exercit⁹ celi te adorat. Tremūt vnde Iob. Colūne celi contremiscūt ⁊ pauent aduentum eius. Tremere vero dicuntur non metu seruitudinis cum sint perfecte beati: sed administratōis affectu: vel obedientie famulatu: cum fm̄ apostolū omnes sint administratorij sp̄us in ministeriū destinati. Tremunt quoqz ptātes: nō q ordines angeloꝝ corporales sint: sed iō dr̄ vt intelligamus oia celestia terrestria ⁊ ifernalia an̄ cōspectū diuine maiestatis tremere atqz timere: sicut ⁊ nos tremere an̄ dn̄os nr̄os solem⁹. ¶ Seq̄t̄: celi celoꝝ: p celos hic throni accipiunt̄: qz dn̄s ait. Celū mihi sedes est: ⁊ dicunt̄ celi laudare deum: qz laudis materiam prebent: vnde propheta. Celi celoꝝ ⁊ aque que sup celos sunt laudēt nomen dn̄i. Celi quidē diuine iussiōi obediūt: qz se ostēdere serenos ⁊ turbulosos ptāte nō hn̄t. ¶ Cherubi quoqz ⁊ seraphi. Ad intelligentiā coꝝ que hic dicunt̄ notandū est nouē esse ordines angeloꝝ. vz. angeli: archangeli: throni: dn̄ationes: virtutes: pncipat⁹: ptātes: cherubi: ⁊ seraphi. ¶ Angeli quo q grece dicuntur nūcij latine. s. excelsi ⁊ celestes eo q deo ius ad annūciādū ⁊ expleādū dn̄i volūtatē mittunt̄. Angeloꝝ aūt vocabulū officij nomē est nō nāe: sp̄us. n. sunt semper: sz cū mittunt̄ angeli vocant̄. Quib⁹ iō pictoꝝ licentia pennas facit: vt celerē eoꝝ in cūcta discursum significet: sicut ⁊ iuxta fabulas poetaꝝ vēti pennas hēre dicunt̄ pp velocitatē. s. iuxta illd̄. Qui ambulat sup pēnas vētoꝝ. ¶ Archangeli ergo grece summi nūcij interpretant̄: qui. n. parua vel minima annūciāt angeli sunt: qui sūma archangeli nūcupātur. Archāgeli ergo dicunt̄ eo q inter angelos tenēat principatū: nā archos grece latine pnceps interp̄tat̄. Sunt. n. duces ⁊ pncipes sub quoꝝ ordie vnicuiqz angeloꝝ sunt officia deputata. Quidā aūt archāgeloꝝ puatis nominib⁹ appellant̄ vt p vocabula ipsa in ope suo qd valeāt d̄signet̄: Gabriel nāqz hebraice interptat̄ latine fortitudo dei: vbi n. ipsa potētia diuina vel fortitudo māifestat̄: Gabriel mittitur: vn̄ ipse annūciauit xp̄m nasciturū: qui diabolū deuincit ⁊ humiliter ad d̄bellādas aereas ptātes venit. Michael interp̄tat̄ qs vt deus: qn̄. n. aliqd mire xtutis in mūdo fit: hic archangelus mittit̄: ⁊ ex ipso ope nomē est ei: qz nemo valet facere: qd̄ facere pōt de⁹: vn̄ ipse missus est in egyptū ad imittendas illas plagas famosas. Quidā eā dixerunt q Michael est nomen vni⁹ angeli. Raphael interptat̄ curatio vel medicina dei: vbicunqz. n. curandi vel medicandi opus necessarium est Raphael archangelus mittitur. vnde ad tobiam missus est vt eum a cecitate liberaret. De Gabriele Michaele ⁊ Raphaele dicetur in septima parte sub festo michaelis. Vriel interp̄tat̄ ignis dei sicut legimus apparuisse ignē in rubo: legim⁹ ēt ignē missum d̄sup ⁊ implesse qd̄ p̄ceptū est: hec sunt noia psonalia angeloꝝ q̄ nec a seipsis nec a deo iposita sunt: sed ab hoib⁹: ⁊ nescit̄ a qbus: nec alia psonalia inueniunt̄ in scriptura: Alia xo sunt noia ordinum. ¶ Ceteꝝ throni: dn̄ationes. v̄tutes: pncipatus: ⁊ ptātes: quibus vniuersam celestē societatē apl̄s cōplectit̄ ordines angeloꝝ ⁊ dignitates intelligunt̄ vt iam dicet̄. Sed p hac ipsa distributiōe officioꝝ alij throni: alij dn̄atiōes: alij virtutes: alij pncipatus: alij potestates: dicunt̄ p certis dignitatibus qbus ab inuicē distīguunt̄. Throni sunt agmina angeloꝝ q latine sedes interp̄tātur: ⁊ vocati sunt throni: qz illic cōditor p̄sidet: ⁊ p eos iudicia sua dispōit. ¶ Dominationes sunt hi qui in virtutib⁹ ⁊ pncipat⁹ p̄eminēt: qui p eo q ceteris angeloꝝ dn̄ant̄ agminib⁹ dn̄atiōes vocant̄. Noiantur ergo hic ad notādū q eis magis assimilari debem⁹ qz vsum dn̄andi docent. Est. n. dn̄atio facere dei voluntatē. ¶ Virtutes angelice q̄dā misteria p̄hibentur p q̄s in mūdo signa ⁊ miracula fiunt pp qd̄ ⁊ virtutes dicūtur. ¶ Principat⁹ sunt qui angeloꝝ agminib⁹ p̄sunt q p eo q subditos āgelos ad explēdū misteriū diuinum disponūt pncipatus vocabulū acceperūt: nā alij sunt qui administrāt alij qui assistūt: sicut ⁊ p Danielē dr̄. Millia milliū ministrabāt ei: ⁊ decies millies cētena millia assistebāt ei. ¶ Potestates sunt qb⁹ virtutes aduerse subiecte sunt: ⁊ inde potestatū noie nūcupant̄ qz maligni sp̄us coꝝ ptāte coherceant̄ ne tm̄ noceant quātū cupiūt: noiantur ergo hic ad notādū q ptātē diaboli arcere debem⁹. ¶ Cherubin aūt ⁊ ipsi sublimes celoꝝ ptātes ⁊ angelica ministeria p̄hibētur: qui ex hebreo in latino scientie multitudo seu plenitudo interp̄tantur. Sunt. n. sublimiora agmina angeloꝝ q p eo q viciniꝰ sunt positi: diuina sciētia ceteris ampli⁹ sunt pleni. Ipsi sunt illa duo aialia sup ppiciatoriū arche ficta ex metal

le propter significandum aplorum pñtiam in quorum medio medius ostendit deus. Seraphin vero multitudo est angelorum qui ex hebreo in latinū ardētes vel incēdētes interpretantur: eo q̄ ceteris ardent et accēdunt in charitate: et q̄ inter eos et deū nulli angeli p̄sistūt: et iō quāto vicinius corā eo p̄sistūt tāto magis claritate diuini lumīs īflāmant: vñ et ipsi sicut in Ysa. legit: Velāt faciē et pedes sedētis in throno dei. Et iccirco cetera angelorum turba videre plene dei esentiā nō valet: qm̄ seraphin cōtegit sm̄ Ysaiā. Nominantur ergo hic cherubin et seraphin: q̄ sicut illi toti in dei dilectione ardere debemꝰ. Reperit aūt hoc nomē seraphi neutrum: et masculinū: sed neutralr̄ terminat vt in hoc loco beata seraphi. Masculini vero terminat in .m. vñ pphēta. Seraphin clamabant alter ad alterū. Hiero. dicit q̄ cherubin et seraphi singularis sunt nūeri et generis masculini: cuiꝰ terminatio pluralis ē p .n. nō q̄ in misteriis dei sit sexꝰ: sz vocabula diuersis generibus iuxta lingue pp̄ietatē appellant. Greca vero pluralitudo neutro genere p in scribit. Josephꝰ dicit cherubin et seraphin eē duo aīalia volatilia: pnt dictū est in p̄hemio huius ptis. Premissa aūt ordinū noīa preter cherubin et seraphin: et preter noīa angelorum latina sunt. ¶ Verum cū nouē sint ordines angelorum sicut dctm̄ est. Qui postq̄ decimꝰ cadēs p̄ suꝑbiā versus est in diabolū in p̄seuerātia eterne beatitudinis solidati sunt. Querit q̄re tribꝰ exclusis sex tm̄ in p̄fatiōe cōi ponunt in q̄ p celos throni accipiuntur vt dictū est. Videt .n. ex hoc illi cū ceteris maiestatem diuinā nō glorificāt et adorāt: sz q̄ absit hoc. Nā virtutes celorum oēs ordīes cōp̄hēdūt vt testat Gregoriꝰ in omelia illiꝰ euāgelii. Erūt signa i sole et luna: vñ psalmista. Verbo domini celi firmati sunt et spū oris eiꝰ oēs virtus eorum. Et itez. Dñs virtutū ipse ē rex glie: vel forte lz occulta tm̄ circa hoc p̄uisum ē eōe. Dionisiꝰ qppe tres eē tradidit hierarchias siue ordines angelorum trinos in singulis ponēs vt similitudo trinitatis in eis insinuet ipressa: et dī hierarchia a hierar qd ē sacer: et archos qd est p̄nceps: q̄si sacer p̄ncipatꝰ. Sūt enim tres ordines suꝑiores et p̄ncipales: tres inferiores: tres medii. Suꝑiores sunt cherubi seraphi et throni. Medii sunt dñatiōes p̄ncipatꝰ et ptātes. Inferiores sunt virtutes archāgeli et angeli: de quorum singulis mediꝰ ordo i p̄fatiōe subtrahit: ad notādū q̄ cōparatiōe trinitatis eterne cuiꝰ maiestas in ea p̄cipue cōmēdat: ois alia trinitas diminuta reperit et ip̄fecta: nā qs in nubibꝰ eq̄bit dño: qs siīs erit dño i filiis dei. De suꝑiorībꝰ subtrahit cherubin: de mediis p̄ncipatꝰ et de iferiorībꝰ archāgeli. Hāc qppe eternā et idiuiduā trinitatē Laudāt angeli adorāt dñatiōes tremūt ptātes: cū quibus et nr̄as voces zc. ¶ Deus oipotēs duas rōnales edidit creaturas: angelicā. vz. et humanā: q̄ laudibꝰ diuinis insisterēt et ei grāz redderēt actiōes: q̄s dū pari voto p̄celebrāt tā q̄ suꝑiores cū iferiorībꝰ corde in celesti cythara sociant: de quo dicit Joānes. Et audiui voces cytharedorum cytharizantiū in cytharis suis: et cātabāt q̄si canticū nouū: ideo ergo dicit. Socia exultatiōe p̄celebrāt: q̄m oēs p̄dicti ordies et ēt hūana creatura maiestatē dei patris p xp̄m: socia exultatiōe equaliter p̄celebrāt: supplici p̄fessione: q̄si nō suꝑbā p̄sumptiōe sed humili laude dicētes. Sanctꝰ scūs scūs zc. ¶ Porro gelasius papa tractus et hymnos cōposuit et prefationes cantu quidem et non climato sermone dictauit. ¶ Et est notandū q̄ lz olim inumere essent p̄fatiōes: hodie decē tm̄ sunt canonizate. Vñ pelagiꝰ papa de p̄se. di. i. inuenimus: inqt. Inuenimꝰ has nouē p̄fatiōes in sacra cathalogo tm̄modo recipiēdas: vnā in resurrectiōe et in albis pascalibꝰ .i. septimana pascali: aliā I die ascēsiōis dñi: tertiā in die pēthecostes: q̄rtā i natali dñi: q̄ntā in epiphania domini: sextā de aplīs: septimā de sancta trinitate: octauā de cruce: nonā de ieiunio i q̄dragesima tm̄modo dicēda q̄ dicit in .6. pte sub q̄rta feria cinerum. Vrbanꝰ quoq̄ papa .70. distinctio. sanctorum addidit decimam de beata virgine Maria illam. vz. Equum et salutare: que et vnigenitum tuum sancti spiritus zc.

¶ De sanctus. Rubrica.

Ecclesia sperans se sociari angelis et archāgelis: de q̄bus in p̄fatiōe mētio facta ē: statī post illā p̄formar se angelico cātui canēs hymnū illū. Sāctus scūs quez sixtus papa p̄mus istituit decātari. Dicit .n. cantus puerorum quē cantauerūt dño eūtenti se illis in decima luna qui q̄si reseruatꝰ fuit vsq̄ ad q̄rtādecimā lunaz in bethania. Cū ergo sacerdos finit laudē siue p̄fatiōnē totus chorus qui rep̄ntat ecclesiā simul canit dctm̄ euāgelicū hymnū: vt vna et equalis gloria et laꝰ et honor decantet patri et filio et spūi sancto. ¶ Notādū aūt est q̄ hymnꝰ iste p tim angelorum et ptim hoīuz verba cōplectit: prima .n. ps laudem p̄tinet angelorum: vltima hoīum. Legitur .n. Ysa. 6. c. q̄ seraphin clamabāt alter ad alterū et dicebāt. Scūs sanctꝰ scūs dñs deus exercituū. plena est omnis terra gloria eiꝰ. ¶ Legit quoq̄ in euangelio Mathei. 21. c. et Marci. 11. c. q̄ qui p̄ibant et qui sequebant clamabāt dicētes. Osanna filio dauid: bñdictus qui venit in noīe dñi. Siqdē vox angelorum .s. osanna in altissimis trinitatis et vnitatis in deo cōmēdat archanū: vox hoīuz .s. osanna filio dauid diuinitatis et hūanitatis in xp̄o p̄sonat sacrm̄. Merito aūt cātica āgelorum in ecclesia cātamꝰ: q̄ p hoc sacrificiū terrena celestibꝰ iūgi nō dubitamꝰ: et iō cū eis in excelsis saluari clamamus. ¶ Illud .n. aduertendū q̄ ter dī sanctus vt notet trinitas seu distinctio p̄sonarum: sz semel tm̄ dī: dñs deus sabaoth: vt notet diuine ësīe vnitas: de p̄se. di. 2. ego: q̄ vnitas adoratur vt sic trinitatis et vnitatis mysterio cōprobetur. Itē dī ter in singulari numero sanctꝰ: et nō dī pluraliter sancti vt vna sanctitas in his tribꝰ p̄sonis et vna eternitas itelligatur. Hoc nō solū seraphi clamabāt sub excelso dei solio sm̄ pphētā: sed et q̄ttuor aīalia sm̄ Apoc. in circuitu sedis requiē nō hēbant die ac nocte dicētia. Sanctꝰ scūs scūs dñs deꝰ oipotēs. Dicit aūt deus sanctꝰ .i. sanctificans nō aūt sanctificatus: vñ sancti estote: q̄ ego sanctꝰ sum dñs deus vester. Dicit pater sanctus dicēte filio. Pater sanctifica eos in veritate: quos dedisti mihi: q̄ tu sanctꝰ es. Dicit filius sanctus angelo p̄testāte. Qđ nascet inquit ex te sanctū vocabit filius dei. Dicit sanctus spūs sanctus xp̄o dicente. Accipite spūm sanctū: quorum remiseritis peccata remissa erunt. Dr̄ quoq̄ dominꝰ deus sabaoth .i. dominus exercituū. vz. āgelorum et hoīuz quorum terribilis est vt castrorum acies ordinata: de quo in psalmo dicit ab angelis. Quis est iste rex glorie dñs virtutū zc. tot .n. exercitus hz deus in terra quot sunt ordies in ecclesia: tot habz in celis quot ordies sunt in angelis. Noīe ergo celorum et terre: angeli et hoīes diuini pleni grā hic p̄hibent: vl̄ ad lrāz celi et terra grā diuina replent: q̄ deitas est vbiq̄: vñ pphēta. Si ascēdero in celū tu illic es: si descēdero ad ifernū ades. Sabaoth ergo dñs exercituū siue militariū virtutū siue victoriarum interpretat: vel oipotēs vt ipse sit dñs deꝰ et ipse oipotēs: qui exercitꝰ angelorum atq̄ hoīuz dispōit. Et iō subdit. Pleni sunt celi et terra gloria tua: hoc est vt eiꝰ glīa celi et terra gubernent: et q in celis: et qui in terra sunt glorificēt et honorent nomē sanctū eiꝰ: celi aūt pleni sunt glīa iā: terra vero spe. Tūc vero in re plena erit cū adimplebit illud: fiat voluntas tua sicut in celo et i terra. Dū aūt dicimꝰ. Pleni sunt celi et terra glīa tua agimꝰ grās creatori de oībꝰ bñficiis. Dū vero dicimꝰ. Bñdictꝰ q venit zc. agimꝰ grās spāliter d bñficio redēptiōis. Quia .n. necessariū est ad eternā salutē incarnatiōis mysteriū p̄fiteri recte subiūgit. bñdictꝰ q venit in noīe dñi. Ego ingressus in noīe p̄ris mei: nomē p̄ris ē filius: de quo dicit pphēta. Ecce nomē dñi venit de lōginquo. Dū ergo scūs icboat iclinari stare debemꝰ: q̄ tūc icarnatiōez maiestatēq̄ diuinā p āgelorum hoīumq̄ cātū recognitā venerari

tenur. ¶ Rursus dicendo. Bñdict⁹ ⁊c. ⁊ cū hec finit de euāgelio dbemus signū seu vexillū crucis nobis facere seu iponere: q2 xp̄s ꝑ crucē triūphauit ⁊ nos triūphare facit: Nā.n. xp̄s venit ad hierusalē descēdit de mōte oliueti: tūc filij israel clamauerūt dicētes. Bñdictus q venit in nomine dn̄i: q2 aduētus xp̄i in hierusalē significat futurā resurrectōe3: qñ ipse veniet iudicare viuos ⁊ mortuos: ⁊ apparebit nobis in eadē carne in q̄ ꝓ nobis passus ē: ⁊ tūc in noīe Jesu oē genu flectet celestiū terrestriū ⁊ infernoꝝ vñ ⁊ extūc qdā icipiunt genu flectere ⁊ deuote orare. ¶ Seqt: Osanna: qd est ꝟbū hebreū: ⁊ significat: salua obsecro: supplēdū ē ꝑplm tuū vel totū mūdū: cōpositū qdē ꝟbū est ex osi qd interpretat saluifica: ⁊ anna qd est apud hebreos interiectio obsecrantis motū animi significās sub depcātis affectu. Integre ergo dr̄ osianna: qd nos corrupta i vocali lr̄a ⁊ elisa dicimus osanna: qd facimus ex ignorātia: aut scienter synalīphātes vocalē elidim⁹ put i metris fieri ꝯsueuit. Dr̄ aūt bis osanna in excelsis: pp duas ptes salutis: que sūt stola mētis: ⁊ stola carnis qb⁹: sci beatificant i glia: vt. v3. aīa ⁊ corpore saluati iter angelos deputemur in excelsis. i. alt3. s. in celo. Repit aūt hic ꝟsiculus in psalmo centesimodecio septimo: q. n. turbe dixerūt: Osanna: hoc est qd hic dr̄. O dn̄e saluū me fac: ⁊ eisdē ꝟbis ibi subiūgit. Bñdictus qui venit in noīe dn̄i. ¶ Sane in hoc āgeloꝝ ⁊ hoīu3 ꝯcētu qñ q3 organa ꝯcrepāt qd a dauid ⁊ a salomone introductū ē: q istituerunt hymnos in sacrificio dn̄i organis ⁊ alijs istrumentis musicis ꝯcrepari ⁊ laudes a ꝑplo ꝓclamari. Verū tñ q̄to cor est mai⁹ corpe tāto dn̄o deuoti⁹ corde q̄ corpe cōfitemur: de hoc dr̄ in fine ꝓhemij quarte ptis. ¶ Ex nūc aūt verbis ⁊ gestib⁹ xp̄i passio repn̄tatur. Nā dyacon⁹ ⁊ subdyacon⁹ vadūt post dorsum ep̄i seu sacerdot in quo fuga aploꝝ in xp̄i passione significat: put in ti. de oblatōe dictū ē. Si qui vero stant retro altare ꝓspiciētes in ep̄m: significāt mulieres que a longe stātes ei⁹ passionē viderūt. Oēs aūt: ⁊ q retro stant: ⁊ qui faciē ep̄i inspiciūt iclinant se maiestatem diuinā ⁊ icarnationē dn̄i venerātes: que ꝑ cātū angeloꝝ: ⁊ hoīu3 introducta sunt. Ordo.n. angeloꝝ. v. scūs sanct⁹ dn̄s deus sabaoth: maiestatē introduxit diuinā. Ordo ꝟbo hominū dicēs. Bñdict⁹ qui venit in noīe dn̄i: aduentū significauit in carne: ipsa quoq3 iclinatio mestitiā significat discipuloꝝ de morte xp̄i q nō audebāt se erigere ⁊ ꝯfiteri se eē discipulos ei⁹: ideoq3 stant iclinati donec dicat: libera nos a malo Vanū.n. erat eis añ lucē surgere. i. añ resurrectiōem d xp̄o gloriari: ꝑ quā sūt ab eīb⁹ tribulatōib⁹ liberati. Vñ ⁊ hec petitio in dominica oratione septia est: qui numerus est vniuersitatis: de hoc dictum est sub titulo qualiter episcopus vel sacerdos.

¶ De secreta vel canone misse. Rubrica.

Postacclamatum preconium sequit secretū silētiū: in quo ⁊ misse canō deuote dr̄: ⁊ sacrū mysteriū pagit: qd fit ꝑ solū sacerdotē: qm̄ fm̄ Matheū xp̄s solus orauit. Et s3 quosdā hi icipit missa: qm̄ cetera sunt de solēnitate: de cō. di. 2. ꝑemis est. Canō aūt misse ⁊ oblatio: vt dcm̄ est in ti. d ꝑfatiōe: ⁊ actio ⁊ canō ⁊ sacrificiu3 ⁊ secreta vocat. Actio dr̄ pp sacra mysteria q̄ in eo agunt: ⁊ q2 tūc cū deo agit cā nr̄a vt dcm̄ est in ꝓhemio hui⁹ ptis: vñ q2 in. c. illo cōicantes ⁊c. ⁊ in illo. Hāc igit oblationē: certis dieb⁹ vltra ordinaria canōis seu actiōis ꝟba q̄dā addunt ⁊ dicunt: idō in missalib⁹ in varijs locis sup illas additōes scribit talis titulus seu Rubrica. Infra actione3: eo q ille ifra seu q̄si in medio ipi⁹ actiōis siue canonis dici d3. Canon ꝟo dr̄ q re gulis pars cōpotis⁹ est: a sanctis.n. patrib⁹ aliq̄ ꝟba mystica sunt ibi istituta. Canon aūt grece dr̄ regula latine. Dicitur ēt canō: q2 regulr̄ xp̄s ver⁹ sacerdos in eo repn̄tat: seu q2 ꝑ hūc regulr̄ fit ꝯsecratio sacri. Sacrificiū aūt dr̄ a sua parte digniori: de quo dictū est sub ti. de oblatione. Secreta dr̄ q̄si nobis occulta: q2 hūana rō nequaq̄ tm̄ mysteriū plenarie cape pōt: ad qd significādū merito secreta voce celebrat. ¶ Ad hec ēt significādū sacerdos secreta3 intrās q̄si velat qbusdā cortinis que sunt in laterib⁹ altaris put ifra dicet in q̄rta pticula canonis sup ꝟbo Hāc igit. Dr̄ etiam secreta: q2 secrete ⁊ sub silētio dr̄. Christus.n. ad ꝯsecrationē corpis sui vētur⁹ secrete: ⁊ sol⁹ orabat ab hora cene vsq3 dū suspēsus est in cruce q̄s oōes secrete significāt. Priscis quoq3 tpib⁹ antiqui pres sb silētio sacrificabāt ⁊ cōicabāt qd ēt in sabbato sancto obseruam⁹. Preterea vt Joannes euāgelista describit post q̄ xp̄s honorifice fuit recept⁹ ⁊ magnificatus a turbis cū psalmis ⁊ laudib⁹ abijt ⁊ abscōdit se: nō vtiq3 trepidātis formidine: s3 dispēsatōis offō: q2 nōdū venerat hora ei⁹ que postq̄ aduenit spōtane⁹ ad passōe3 accessit Illud q̄ Christi latibulū hoc secretū silētiū repsentat in quo sola dirigit ad dn̄3 intēta deuotio. Tūc.n. sacerdos itrare d3 i cubiculū cordis: ⁊ hostio sensuū corpis clauso deū prem orare: q exauditor est clamoris cordis nō voci. Vñ anna typū gerēs ecclesie nō petitiōe clamosa: s3 tacita deuotōe qd petiuit ipetrauit: de qua in libro Reg. legit q loquebat i corde suo ⁊ labia ei⁹ tm̄ mouebant: s3 vox penit⁹ nō audiebat. Vñ ⁊ Moysi dn̄s lqt. Quid clamas ad me: cū tm̄ ipse taceret. Propheta ēt dicit. Dicite i cordib⁹ vestris ⁊ in cubilib⁹ vestris cōpūgimini. ¶ Pōt tm̄ dici q pma secretella repn̄tat tp̄s illud qñ xp̄s venit hierosolymā ad diē festū nō manifeste: hec aūt secreta tp̄s illud quo recept⁹ fuit in hierusalē cū hymnis ⁊ ramis: ⁊ sexta feria sequēti crucifixus fuit: pfatio ꝟo illud qñ xp̄s in cenaculo hymnū retulit: ⁊ illo dicto exiuerūt in mōtē oliueti: sursu3 corda ascēsiōe3. Scd̄o idō secreta in silētio dr̄ ne sacerdos clamādo his que agunt min⁹ itēdat. Tertio ne vox sacerdotis nimio clamore deficiat. Quarto ne sacrosc̄a ꝟba vilescāt. Fert.n. q cū antiqtus publice ⁊ alta voce canō diceret: oēs pene per vsum illū sciebāt ⁊ in plateis ⁊ in vicis decātabāt. Vñ cū qdā pastores illū in agro cātarēt ⁊ panē sup lapidē posuissent: ad ꝟboꝝ ipsoꝝ ꝓlatiōnē panis in carnē ꝯuersus ē: ipsi tm̄ diuino iudicio igne celit⁹ misso ꝑcussi sunt: pp qd sancti pres statuerūt ꝟba ista sub silētio dici ihibētes sub anathemate ne ꝓferant nisi a sacerdotib⁹ sup altare ⁊ in missa ⁊ cū vestib⁹ sacris. Quedā ēt oōnes que añ pfationē sub silentio dicunt secrete vocant: de q̄ ⁊ de silētio sub ti. de inclinatōe sacerdotis dcm̄ est: Cōsecrātis ergo mēs vt pmissu3 est: ad id solū d3 eē itēta: nā eos qui adorāt in spū ⁊ veritate adorare op3. Ne ꝟo musce venientes ꝑdāt suauitatē vnguēti. i. ne iportune cogitatiōes tollāt deuotionē orātis. Flabello spūs abigant. i. ispiratiōe grē repellant: q̄ten⁹ auster adueniēs: ⁊ spūs scūs accedēs: perflet ortū. i. mētē fecūdet: vt aromata fluāt. i. vt fructus abūdēt. ¶ Ad qd ēt significādū estiuo tpe māle flabellū dū secreta dr̄ adhibet. Hac ēt rōe t3 ne musce venientes ꝑdāt suauitatem vnguēti: dici pōt q canō dici d3 expedite nō morose: ⁊ ne audientib⁹ tediū generet. Vñ in Exo. dr̄. Fac festināter qd de imolatiōe agni dictū ē. Et ꝓbat ēt ibi. Et comedet festināter: s3 nec nimis ēt festināter q2 nō d3 sacrificiū sine sale. i. discretiōe ⁊ deuotione offerri. D3 ēt in libro legi ne vllus error ꝯtingere possit. Porro sacerdos missam celebrās repn̄tat ea q̄ eli3 pōtifex iter scā scōꝝ egit: ⁊ q̄ xp̄s egit que3 ille pfigurauit. Siquide3 ea que fiūt a pncipio secrete vsq3 in finē: passionē dn̄i sepulturā ⁊ resurrectionē dn̄icā repn̄tāt. Recolit.n. ibi memoria eoꝝ que gesta sunt ꝑ hebdomadā añ paschalē a decima luna pmi mēsis qñ Jesus abijt hierosolymā vsq3 ad septimā decimā qñ resurrexit a mortuis: pp qd in plerisq3 sacrarijs iter pfationē ⁊ canonē imago crucifixi ꝯpingit: vt nō solū intellect⁹ lr̄e: vey ēt aspect⁹ picture memoria3 dn̄ice passiōis ispiret. Et forte diuina factū ē ꝓuidētia: l3 hūana non sit idustria ꝓcuratū: vt ab ea lr̄a canō iciperet. s. a. T. que

hebraice thau dicitur: que in sui forma signū z mysterium crucis ostēdit z exprimit: dicēte dño per ezechielē. Signa thau in frōtib⁹ viro℞ dolētiū z gemētiū sup abhoiatiōib⁹ hierusalē: qm̄ p xp̄i passionē hec oia in cruce impleta sunt z efficaciā hñt. In qbusdā etiā codicib⁹ z maiestas pr̄is z etiā imago depigit̄ crucifixi: vt sacerdos q̄si p̄ntē videat quē inuocat z quē alloq̄t̄ dicēs. Te igit̄ ꝛc̄. z passio que hic re p̄ntat̄ cordis oculis ingerat̄. Sacerdos aūt osculat̄ pedes ip sius maiestatis z se signat i frōte: innuēs q̄ reuerēter ad my steriū passionis accedit. Quidā tñ p̄us osculant̄ pedes ma iestatis: z postea crucifixi fm̄ seriē canōis. Aliq̄ cō q̄z p filium puenit̄ ad patrē: deinde dicēs. Te igit̄: se iclinat vt ibi dicit̄. Secreta ergo passionē rep̄ntat: passio icipit ibi: vñ z memores ꝛc̄. crucifixio ibi. Hostiā purā: hostiā: sanctā: hostiam: imaculatā: oīo ÷o a xp̄o in cruce icepta ibi. Supplices te rogam⁹ ꝛc̄. Epi seu sacerdotis iclinatio tūc facta añ altare significat emissionē sp̄ūs capite inclinato. Eleuatio vocis cū dī. Nobis quoq̄: significat exclamationē cēturionis dicētis. Uere fili⁹ dei erat iste. Due cruces supra corp⁹ z calicē facte docent xp̄z pro duob⁹ pp̄lis crucifixū: oblata in calice significat corp⁹ xp̄i. Uinū in calice sanguinē ei⁹. Subdyacon⁹ recedēs a facie epi icipiētis Pater nr̄: significat mulieres sepulto dño recedētes a monumento. Patena significat feminaꝝ corda in obsequio sepulture xp̄i latitudine charitatis patētia: put sub ti. de oblatiōe dcm̄ est: de his p sua loca dicet̄. Tradit̄ aūt q̄ gelasi⁹ papa qnquagesimus p̄rim⁹ a beato Petro canonē p̄ncipalr̄ ordinauit. Nō n. secreta tota simul ab vno cōposita ē: put dicet̄ in tertia pticula sup ÷bo Cōicātes. Et lʒ aliq̄ ÷ba sint ab aliquibus quos tñ ignoram⁹ addita q̄ in euāgelij textu nō ptinentur vt dicet̄ in septa pticula sup ÷bo. Eleuatis oculis: nulli tñ subtrahere vel addere lʒ: nisi forte q̄nq̄ co℞ noia p q̄b⁹ nominatim sacrificiū offert̄ sic īseri⁹ in decia pticula ondet̄. ¶ Notādū ÷o est q̄ qdā sedēt in canōe misse: significātes aplos q sedebāt tristes de nece dñi in cenaculo. Alij stant significātes moysen q extēsis manib⁹ orabat: z aaron z hur illius man⁹ sustētabāt: de quo sub ti. de oōne dcm̄ ē. Quidā ÷o vt aliq ex ministris nec sedēt nec stant: sʒ in vestib⁹ sacris stāt capite iclinati put dcm̄ est sub ti. de sanctis: z sub ti. q̄liter sacerdos z mistri ad altare debent stare.

¶ De expositiōe canōis qui incipit. Te igitur. Rubrica.

